atque earum imitationes, "lupus ipse capellam" et "te Corydon, O Alexi", eundem versus locum atque paene eandem metro aestimandam partem habere. Itaque profecto fuit Vergilio in animo poetam Graecum studiose imitari atque praeterea facere ut pulchrior sit locus, atque fortasse Theocriti minus polita verba ita reprehendere voluerit Vergilius.

v. 69:

A Corydon Corydon, quae te dementia cepit.

Confer Theoc. Id. xi. 72:

ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ, ποῖ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

Speciem eandem apud utrumque poetam videmus. Namque facit uterque ut amantem contemplemur qui amatum obsecrans sicut furore atque dementia impellitur atque infelix tandem plorat. Sed tamen Vergilius non eisdem nominibus utitur quae Theocrito placent. Namque quamquam Theocritus facit ut Cyclopem Polyphemum videamus, Vergilius vero de Corydone dicit, qui valde vult se ab adulescente Alexi amari qui apud Graecum scriptorem Galateam adaequat. Sed tamen

de locorum similitudine qui comperandi sunt, omnes
pretium observare Graecarum vocum duas
atque earum imitationes, "Iuppa type ceplalam" et
"te Corydon, O Alexi", eundem versus locum atque
pasne eundem metro aestimandam partem habere. Itaque
profecto fuit Vergilio in animo poetam Graecum stu-
diose imitari atque praeterea facere ut pulchrior
sit locus, atque fortasse Theocriti minus polita ver-
ba ita reprehendere voluerit Vergilius.

v. 89:

A Corydon Corydon, quae te dementia cepit.

Confer Theoc. Id. xi. v2:

Ω Κύκλωψ Κύκλωψ ποῖ τᾶς φρενὸς ἐκπεπότασαι;

Speciem eundem apud utrumque poetam videmus.
Namque facit uterque ut amantem contemplemur qui a-
mentum obscenae alicuit furore atque demendia impelli-
tur atque infelix tandem ploret. Sed tamen Vergilius
non eisdem nominibus utitur quae Theocrito placent.
Namque quamquam Theocritus facit ut Cyclopem polypho-
mum videamus, Vergilius vero de Corydone dicit, qui
valde vult ne ab adulescente Alexi amari qui apud
Graecum scriptorem delectum adeoquet. Sed tamen

quamquam, quod iam nunc diximus, non eisdem nominibus utitur Latinus poeta, non persuaderi mihi potest Vergilio in animo non fuisse Theocritum imitari, cum alia imitationis indicia certissima sint. Namque non modo ex Graeco in Latinum diligentissime profecto conversum est sed etiam verborum Graecorum studiose ordinem imitatur Vergilius, atque apud utrumque poetam versus caesura post pedis tertii sublationem est. Sed non eodem modo Latinus locus quo Graecus afficitur, cum Latini versus prima, Graeci versus extrema pars duos dactylos habet.

v. 70:

Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.

licet conferas Theoc. Id. x. 14:

Ποιμάρτος πρὸ θυρᾶν μοι ἀπὸ σπόρω ἄρκαλα πάντα.

In his locis non vero verborum et ordinis ea imitatio fidelissima quae alibi indicio est videtur ex Graeco in Latinum paene ad litteram conversum esse. Sed tamen Latini loci significatio Graeco simillima est. Namque facit uterque poeta ut pastorem videamus qui amore adeo perturbatur ut non iam sibi rebus sui familiaribus sit cura, atque versu uno omnem hanc significationem indicat uterque scriptor.

Sed quamquam negare possum Vergilium Graeci loci voces imitatum esse, tamen mihi profecto videtur Latinus Graeci scriptoris significationem exhibere voluisse. Quodsi hoc verum est, profecto admirandus est Vergilius quod non modo Graeci loci significationem exhibet sed etiam ei ornamenta nova dat.

v.73:

Invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.

Cum hoc loco confer si placet Theoc. Id. xi. 76:

ἐὐργοῆς Γαλάτειαν ἴσως καὶ Καλλίον' ἄλλαν.

In hoc loco videtur Vergilius Graecum locum diligentissime imitatus esse. Namque huius affirmationis indicia haec sunt: (1) In utroque loco legitur amans: (2) Si utriusque poetae omne poema contemplemur, haud dubie dicamus utrumque scriptorem indicare amantem putare se maxime amandum esse, atque tamen amanti nihil respondet is qui amatur: (3) Apud utrumque poetam videtur amans a maxima et obsecratione et desperatione cessans minitari se in reliquum tempus aliam amaturum esse. Talis rerum similitudo indicio maximo, ut mihi videtur, est Vergilium Theocritum valde admiratum esse atque studiose imitatum esse. Quodsi alia huius meae opinio-

nis indicia velis, permittitur te observare Vergilium tribus Graeci loci verbis usum esse quae eandem cum verborum consecutionem tum formam habent("Invenies" "alium" "Alexim" "εὑρήσεις", "Γαλάτεια", "ἄλλαν"). Atque aliud imitationis indicium hoc est, scilicet, haec verba paene eandem versus partem occupare. Num ob has res omnes velis me alia atque meliora indicia dare Latinum scriptorem diligentissime Theocritum imitatum esse? Haud profecto!

Ecloga iii.

v. 1 seq:

M. Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboeus?
D. Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.
M. Infelix O semper ovis pecus! ipse Neaeram
dum fovet ac ne me sibi praeferat illa veretur,
hic alienus ovis custos bis mulget in hora;
et sucus pecori et lac subducitur agnis.

Confer Theoc. Id. iv. 1 seq:

Β. εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦρα Φιλώτα;
Κ. οὐκ ἀλλ' Αἰγωνος· βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.
Β. Ἦ πᾶ ψε κρύβδαν τὰ ποθ' ἑσπέρα πάσας ἀμέλγεις;
Κ. Ἀλλ' ὁ γέρων δφίητι τὰ μοσχία κἠμὲ φυλάσσει.

In his locis iterum observandum est paene eadem dicere poetas nostros. Namque apud utrumque possis videre pastores duos qui inter se loquentes de pecore cavillantur. Quam ob rem magna mihi fit suspicio Vergilio in animo fuisse Theocritum imitari. Sed ne sine confirmatione sit haec mea suspicio, oportet nos diligentius locos duos contemplari. Itaque te haec observare velim:

(1) Graeca vox "εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, Τίνος αἱ βόες; ἦρα Φιλώνδα;" ad litteram, exceptis nominibus quibus utitur Vergilius, exprimitur Latina voce" Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? An Meliboei?" Atque de utriusque loci secundo versu idem dici potest: (2) Eodem etiam ordine verborum usque ad secundi versus caesuram utitur uterque scriptor. Quas ob res potuisset Vergilius accuratissime versus primos duos imitari. Ab Theocrito tantummodo de personarum nominibus differt. Namque post secundum versum facit Vergilius ut Meliboeus de pecore infelici lamentetur cuius oblitus est is cui oportet pecus curae esse. Sed apud Theocritum paulo serius apparet haec significatio v.11 seq.). ~~Apud~~ In quinto versu iterum Graeci loci

vestigia adeo diligenter sequitur Vergilius ut haud dubium sit se Theocritum imitatum esse. Atque quamquam confiteor paulum a Theocrito differre Latinum poetam, tamen non ob hoc mihi videtur Vergilius minus studiose Theocritum imitatus esse, sed mihi suspicio est Vergilium ita suorum verborum fontem celare frustra conatum esse. Sed ut quod dico facilius comprehendas, observes quaeso has duas voces, quarum altera Theocritus, altera Vergilius dicit: "Ἦ ἁ πάψα κρύβδαν τὰ ποθ' ἑσπερᾶ πάσας ἀμέλγεις;" --- --"Hic alienus ovis custos bis mulget in hora". Facile videas Vergilium a Theocrito differre tantummodo quod de ovium, non boum pecore dicit("Βόες",v.1) atque nullo verbo utitur quod aut "κρύβδαν" aut "ποθ' ἑσπερᾶ" adaequat, pro qua extrema graeca voce ea Latina "hora" utitur Vergilius atque praeterea vocem "bis" addit. Quae res tamen parvae vero sunt, si putanda sit Graeci loci significatio atque eius imitatio Latina. Namque in utroque loco pecus videmus quod a pastore negligitur qui lac furatur, quam ob rem, ut mihi videtur, haud dubium est significatione Graeci loci Vergilium studiose usum esse, a Theocrito tantum adeo differentem ut Latinorum versuum non omnino eaden esse videantur species et forma; atque quae de his versibus

diximus aeque apte de reliqua parte locorum comparandorum dicere possis. Namque apud utrumque scriptorem de prole nova lactis matris deprivata maxime fit mentio, quamquam facit Theocritus ut dicat Corydon prolem lac obtinere, sed Vergilius quidem non. Itaque ne plura dicam, Latini loci altera pars ex Graeco diligentissime conversa est, pars altera eandem habet significationem quam Graecus locus, quamquam non negare possum hanc non adeo ad litteram conversam esse. Sed quis quaeso dubitet dicere Vergilio in animo fuisse per omnem locum Theocritum imitari? Nullus profecto!

v. 10 seq:

Tum, credo, cum me arbustum videre Miconis
atque mala vitis incidere falce novellas.

Velim te cum hoc loco Theoc.Id/ v. 112 seq. comparare:

Μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος
αἰεὶ φοιτῶσαι τὰ ποθ' ἑσπέρα βαγίζοντι.

Mihi hos locos comparanti non primum simillimi esse videbantur, sed ubi de eis diligentius quaerebam eos eandem significationem habere cognoscebam quae ad arbusti perniciem profecto pertinet(" arbus-

tum"..... "τὰ"). Atque praeterea arbusti dominum "Miconem" nominat uterque poeta atque extremam versus primi partem occupat id nomen; atque nobis omne contemplantibus utriusque scriptoris poema haud dubie concedendum est et Theocritum et Vergilium de pastorum certamine dicere. Sed non quidem possum negare Vergilium pastoribus nomina "Menalcan" et "Damoetam" dare, quamquam "Comatam" et "Laconem" pastores nominat Theocritus; sed qui concedit Latinum locum simillimum Graeco esse is non ob diversitatem parvam profecto perturbabitur, sed contra ob hanc ipsam diversitatem acrius fortasse credet Vergilium versus 10 et 11 scribentem de versibus 112 et 113 quinti Theocriti Idyllii cogitavisse, quamquam sane non Graeci loci formam et speciem sed multo potius significationem imitatur Vergilius.

Praeterea non incredibile est Vergilio Ec. iii. 11 scribenti in animo fuisse Theoc. Id. v. 109. Compares si placet hos duos locos:

"Atque mala vitis incidere falce novellas", atque
μὴ μεν λωβασεῦσθε τὰς ἀμπέλος; ἐντὶ γὰρ ἔβαι.

Non firmiter assevero hunc Graecum locum imitatum esse Vergilium, quamquam non parvi momenti est hos locos atque maxime ea verba "novellas" et "ἔβαι"

similem significationem habere, quae etiam eundem versus locum habet atque similiter eundem versum eius quod Anglice "stanza" nominatur. Itaque patet Vergilium Graeco loco affectum esse.

v. 12 seq:

D. Aut hic ad veteres fagos cum Daphnidis arcum
fregisti et calamos: quae tu, perverse Menalca,
et cum vidisti puero donata, dolebas,
et si non aliqua nocuisse, mortuus esses.

Cum hoc loco compara Comatae verba apud Theoc. Id. v. 11 seq:

Τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε, τὸ ποικίλον, ἀνίκ' ἔθυσε
ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα· τὸ δ' ὦ κακὲ καὶ τόκ' ἐτάκην
βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γαμψὸν ἔθηκας.

In utroque loco dicit is qui loquitur sui rivalem maxime furatum esse, quam ob rem horum locorum paene eandem significationem esse videmus. Adde si placet quod vox "tu, perverse Menalca-------- - dolebas" simillima est Graecae voci "τὸ δ' ὦ κακὲ τόκ' ἐτάκην", atque quod verba "dolebas" et "ἐτάκην" eundem versus locum habent atque haud obliviscere Vergilio Id.v. profecto notissimum fuisse, cuius maximum quidem est indicium se

in aliis Eclogae tertiae partibus id aut protulisse aut imitatum esse. Quae si contempleris, non possis dubitare locos quos supra protuli indicio magno esse Vergilio in animo fuisse Theocriti Idyllium v. 11 seq. imitari.

v. 25 seq:

M. Cantando tu illum? Aut umquam tibi fistula cera iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Cum hoc Menalcae verbo velim te comparare id quod dicit apud Theoc. Id. v. 5 seq: Comatas:

Τὰν ποίαν σύριγγα; τὸ γάρ ποκα δῶλε Σιβύρτα
ἑκτάσα σύριγγα; τί δ' οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
ἀρκεῖ τοι καλάμας ἀὼλὸν ποπποίσδεν ἔχοντι;

Iterum videmus cum Latinum tum Graecum poema idem argumentum habere. Namque de duo pastoribus contendentibus dicit uterque scriptor, quorum alter alterum cavillationibus et iocis superare conatur; atque ut iam diligentius utrumque locum contemplemur, haec observare nos oportet: (1) Eorum qui dicunt eandem contemptionem habent verba prima. Namque dicit Menalcas "te canentem eum superavisse": sed his verbis utens cavillatur, haud eum laudat Menalcas: (2) Apud

iterum videamus cum Latinum tum Graecum poema
idem argumentum habere. Namque de duo pastoribus con-
tendentibus dicit uterque scriptor, quorum alter al-
terum cavillationibus et locis superare conatur; ut-
que ut iam diligentius utrumque locum contemplemur,
haec observare nos oportet: (1) Eorum qui dicunt e-
andem contemptionem habent verba prima. Namque dicit
Menalcas "te canentem cum superavisse" sed his verbis
utens cavillatur, haud eum laudat Menalcas: (2) Apud

utrumque poetam eandem versus metro aestimandam partem habent haec prima verba: (3) Utriusque loci verba prima interrogatio sunt. Quas ob causas omnes, quamquam non nego Vergilium de canendo, sed contra Theocritum de fistula("σύριγγα") dicere, tamen paene despecta verborum discrepantia parva vehementius assevero Vergilium Theocritum imitatum esse. Quodsi id secundum utriusque loci verbum contempleris, haec observabis: (1) Uterque de pastoris fistula("σύριγγα" ---- "fistula") mentionem facit: (2) Interrogatione utitur uterque poeta: (3) Apud utrumque paene eandem versus partem habent verba "ποκα ----- umquam" . Adde quod locorum duorum simillimi sunt extremi versus. Namque : (1) In utroque versu de falso sonorum concentu dicitur , qui ex stipula oriuntur("ἀὼλόν ------ stipula"): (2) Organa de quibus dicit uterque scriptor incondita sunt, atque eandem significationem habet verbum "dispendere" quam "ποππύσδειν": (3) Haec duo verba eandem versus et partem et locum habent quae res metro aestimandae sunt, atque eadem de verbis "ἀὼλόν" et "stipula" dicere potes. Adde huc si placet utrumque pastorem tres versus dicere, atque tunc profecto concedendum erit Vergilio in animo fuisse Theocriti locum diligentissime imitari atque illius ab hoc poeta dis-

crepantiam quidem parvam tantummodo indicio esse Vergilium posse easdem personas proponere quas Theocritus, atque facere etiam ut gratiores appareant.

v. 28:

D. Vis ergo inter nos quid possit uterque vicissim
experiamur?

Cum hoc loco Theoc. Id. viii. 11 compara:

Μ. Χρήσδης ὢν ἐτόλμας; Χρήσδης καταθεῖναι ἄεθλον;

Primum videmus et Vergilium et Theocritum in poematis quae locos comparandos continent de pastoribus duobus contendentibus dicentes. Apud utrumque scriptorem pastor qui dicit alterum rogat num canendo contendere velit. Quam ob rem observamus: (1) Apud utrumque poetam duos pastores contendentes: (2) Canendi certamen dici: (3) Eum qui loquitur haec verba primum dicere: (4) Vergilius ex voce "Vis ergo" incipium capit, quae vox nihil aliud est quam Graeca vox "Χρήσδης ὢν" ad litteram conversa, atque eandem versus partem metro aestimandam habent hae duae voces. Itaque sine dubio Theocritum imitatus est Vergilius. Atque ne multa dicam, nihil aliud est Latinus omnis quam locus Graecus qui paene ad litteram conversus est, atque verborum Graecorum neve significationem neve ipsam speciem

mutare conatus est Vergilius; sed sicut puer in litterarum ludo verba tantummodo Graeci poetae in Latinum diligentissime convertit.

v. 29 seq:

ego hanc vitulam(ne forte recuses,
bis venit ad mulctam, binos ali ubere fetus)
depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

Cum hoc loco velim te Theoc. Id. i.23 seq:

αἰ δέ κ' ἀείσῃς,
ὡς ὁκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ἔριδας ἐρίσθων,
δῶχα δέ τοι δωσῶ δεδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι.

Apud utrumque poetam pastores duos inter se colloquentes contemplamur; sed tamen apud Vergilium non eadem faciunt pastores quae apud Graecum scriptorem. Namque apud Theocritum non quidem de certamine vero dicitur, cum Thyrsim canere rogat pastor quam maxime potest, pollicens ei donum se daturum esse, si canat aeque atque ubi cum Chrome Africo contendebat(v. 24 τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ἔριδας ἐρίσθων). Sed contra apud Vergilium dicunt pastores de certamine inter se, non de canendo quod priorem per-

itiam adaequaturum sit. Sed deinde, ubi ipsos locos comparandos contemplamur, utrumque pastorem videmus animal unum pignus deponentem, quod apud Theocritum capella("αἶγα"), sed apud Vergilium vitula(vitulam) est, quorum utrumque prolem gemellam habet("δισσοτόκον ------ binos fetus"). Atque praeterea vox Graeca "ἐς τρὶς ἀμέλξαι" simillima Latinae voci "bis venit ad mulctram" est. Itaque Graeci loci, omissis vero aliquis parvis, cum significationem tum paene verba apud Vergilium videmus, quam ob rem haud dubium est, ut mihi videtur, Vergilium diligentissime Theocritum imitatum esse.

v. 32 seq:

M. De grege non ausim quicquam deponere tecum:
est mihi namque domi pater, est iniusta noverca;
bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.

Cum hoc loco Theoc. Id. viii. 15-16 licet comparare:

Μ. Οὐ θηρῶ ποκὰ ἀμνόν, ἐπεὶ χαλεπὸς ὁ πατήρ μευ
καὶ μάτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθ' ἑσπερα πάντ' ἀριθμεῦντε.

Si iam omne utriusque scriptoris poema contemplemur, in utroque pastores duos videbimus qui ca-

nentes contendunt. Apud Theocritum pastorum nomina "Daphnis" et "Menalcas", apud Vergilium "Menalcas" et "Damoetas" sunt. Itaque Vergilium nomine utentem videmus quod etiam Graeco poetae placet; atque ut nunc aptius de locis comparandis iudices, hoc velim te observare: Apud utrumque poetam is qui loquitur (Menalcas) dicit se non quicquam de grege quem colat depositurum esse, cum sibi domi sint pater atque iniusta mater atque bis die ambo pecus numerent atque alter et haedos. Sed contra ab Theocrito paulo differt Vergilius, cum dicat non "matrem"("μάτηρ") sed "novercam" ("noverca"); atque "bis" die ambo pecus numerare("bisque die numerant ambo pecus"), non "vespere" mala omnia numerare("τὰ δὲ μᾶλα ποθ' ἑσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι"). Quae indicio sunt Vergilio placere nonnumquam facere ut ea quae dicit Theocritus crescant. Inter Romanos pueris inclementer utebantur novercae, quam ob rem in proverbium tandem increbruit hoc verbum, atque a Vergilio in hoc contemplando loco certiores fimus hanc novercam non aliter alteris fecisse. Namque dicit quidem poeta Latinus eam "iniustam" esse. Adde si placet quod pro Graeca voce "ποθ' ἑσπερα" Vergilius, cui non satis vehementius dixisse videbatur Theocritus, verbo "bis" utitur. Itaque

haud dubium est, ut mihi videtur, Vergilio in animo fuisse Theocritum imitari.

v. 36 seq:

pocula ponam
fagina, caelatam divini opus Alcimedontis:
lenta quibus torno facili super addita vitis
diffusos edera vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon et -- qui fuit alter,
descripsit radio totum qui gentibus orbem,
tempora quae messor, quae curvos arator haberet.

Cum hoc loco Theoc. Id. i/ 27 seq. compara:

Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδεῖ κηρῷ,
ἀμφῶες νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.
τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθε κισσός,
κισσὸς ἐλιχρύσῳ κεκομμηνένος· ἁ δὲ κατ' αὐτό
κάρπῳ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
ἔντοσθεν δὲ γυνά, τι θεῶν δαίδαλμα τέτυκται,
ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἀμπυκι. παρ δέ οἱ ἄνδρες
καλὸν ἐθειράξοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
νεικέουσ', ἐπὶ σσοι. τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς.
ἀλλ' ὁκα μὲν τήνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελᾶσα,
ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥίπτεῖ νόον, οἰ δ' ὑπ' ἔρωτος
δηθὰ κυλοιδόωντες ἐτώσια μοχθίξοντι.
τὼς δὲ μετὰ γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται

haud dubium est, ut mihi videtur, Vergilio in animo
fuisse Theocritum imitari.

v. 26 sqq:

poenia ponam
fagina, castaneam dirimi quae Alcimedontia:
lenta quibus torno facili super addita vitis
diffusos edera vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon et -- quis fuit alter,
descripsit radio totum qui gentibus orbem,
tempora quae messor, quae curvae arator haberet.

Cum hoc loco Theoc. Id. i/ 27 sqq.comparet:

λευκάς, ἐφ' ᾗ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει
ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ κάρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.
ὧδέ οἱ ὠδύκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες
καὶ πολιῷ περ ἐόντι, τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἔμμεν.
τυτθὸν δ' ὄπιθεν λιτρύτοιο γέροντος
πυρραίαις σταφυλῇσι καλὸν βέβριθεν ἀλωή,
τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' ἁρματιαῖσι φυλάσσει
ἥμενος· ἀμφὶ δέ νιν δύ' ἀλωπέκες, αἱ μὲν ἀν' ὄρχως
φοιτῇ σιομέναν τὰν τρώξιμον, αἱ δ' ἐπὶ πήρᾳ
πάντα δόλον κεύθουσα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν
φατὶ πρὶν ἢ ἀκρότιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξαι.
αὐτὰρ ὁ χ' ἁνθερίκοισα καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν
σχοίνῳ ἐφαρμόσσων· μέλεται δέ οἱ οὔτέ τι πήρας
οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖν.
πάντᾳ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος,
αἰολίχου τοι θᾶμα πέρας τέ τι θυμὸν ἀτύξαι.

Nunc haec contemplemur: (1) Uterque poeta facit ut pastorem videamus, quamquam nobis ostenditTheocritus pastorem Aipolon contendentem, non quo modo in tertia Vergili Ecloga cum Damoeta contendit Menalcas, sed melius quam antea nititur: (2) Deponuntur pignora quae obtineat is qui melius contendit: (3) Pignora quae in locis nunc comparandis deponuntur eadem

("pocula---κισσύβιον") apud utrumque scriptorem sunt. Atque ut iam ex his rebus ad duorum locorum similitudinem contemplandam procedamus, haec te observare velim: (1) Multo brevius dicitur de poculis quae certaminis inter Menalcan et Damoetam pignora deponuntur, quam de eo quod pastori Thyrsi donaturus est Aipolos. Satis Vergilio quidem videtur poculum per versus sex describere: sed contra, quod maxime admiror, facit Theocritus ut poculi usque ad versum nonum et vicensimum procedat descriptio: (2) Observes, si placet, duorum poematum eas partes quae verba extrema "Corymbos"----"κροκυέντι" habent. Hic dicit Vergilius poculum ex fagina fieri atque Alcimedontis opus esse, atque vitem lentam quae "torno facili" facta sit diffusos edera pallente corymbos ex parte celare.

Etiam de poculo("κισσύβιον") dicit Theocritus, sed contra non quali ex ligno factum sit certiores fimus. Sed ab Vergilio aliquanto differt, cum dicat Theocritus poculum altum ("βαθὺ") esse atque cera dulci tegi ("κεκλυσμένον ἐδεῖ κηρῷ") atque duas ansas habere ("ἀμφῶες") atque nuper factum esse ("νεοτευχὲς"), quam ob rem etiam nunc scalprum oleat ("ἔτι γλυφάνοιο

ποτο'τδον"). Sed contra despecta descriptione omni quam apud Theocritum includunt ea verba "Κε Κλυσ-μένον" et "ποτοόδον" , tantummodo dicit Vergilius pocula quae pignora deponantur scalptore Alcimedonte digna esse ("caelatum divini opus Alcimedontis"). Sed ne plura dicam, loci Graeci significationem capiens Vergilius ex maiori et arte et sententiarum pulchritudine quam dixit Theocritus, nisi fortasse eam Graecam vocem "ὅτι γλυφάνοιο ποτοόδον" excipiamus. Atque ut omnia haec aliter dicam, significationem dat Vergilius sed non quo modo Theocritus, cum hic profecto plurimis verborum ambagibus utatur. Sed nunc Vergilium videmus pro Graeca voce "τῷ περὶ μὲν χείλη" uno verbo("quibus") utentem, quod quidem non facit ut poculi ipsam partem contemplemur quae voce "τῷ περὶ μὲν χείλη" indicatur. Sed vox "torno facili" quae apud Vergilium apparet significationem Graecae vocis "γλυφάνοιο ποτοόδον" habet, atque ex Graeci loci significatione initium capiens Vergilius deinde Graecum verbum "ὑφόθε" ad litteram in Latinum convertit ("super"), atque iam nunc Vergilium videmus voce "quibus super" utentem Graecae significationis iterationem ("περὶ μὲν χείλη--- ὑφόθε")vitare.

Atque deinde Latinum scriptorem videmus eo verbo "edera" utentem accuratissime Graecum verbum convertere, sed statim Theocriti omissis sicut non necessariis verbis "ἑλίχρύσω κεκομμένος" facit hic noster Latinus poeta ut in hoc versu brevius quam a Theocrito dicatur. Sed id verbum "corymbos" significationem verbi "ἕλιξ" habet atque, omissis Graecis vocibus "ἐς κατ' αὐτό" et "καρπῷ ... ἀγαλλομένα κροκόεντι", iterum Vergilio placent verba pauciora quam utitur Graecus scriptor; atque iam vero primas locorum comparandorum partes eandem significationem habere videmus, sed brevius dicit Vergilius quam Theocritus, atque mentionem de Alcimedonte faciens demonstrat sibi esse poeticam et artem et vim; vel, ut aliter dicam, videtur Vergilius non modo ex Graeco in Latinum convertere posse sed etiam nonnullas res creare: (3) Tum ex verbis "In medio---- ἔνθοσθεν δὲ γυνά" incipium capientes de reliquis locorum comparandorum partibus dicamus; atque hic operae pretium est nos videre locorum duorum verba prima simillima esse, atque, id quod plurimam significationem possidet, scilicet, voces " In medio" et "ἔνθοσθεν" eandem

significationem atque versus et locum et partem metro aestimandem habere. Quae res maximo indicio sunt Vergilio in animo fuisse Graeci loci significationem diligentissime atque ipsarum rerum ordinem imitari. Sed quamquam ex hoc Theocriti Idyllio aliquem, ut ita dicam, afflatum divinum accepit Vergilius,tamen multo brevius quidem quam Greacus poeta dicit, atque non modo de astrologo Conone mentionem facit sed etiam de altero, cuius nominis facit Vergilius ut obliviscatur ille qui eruditionem haud habet quam pastor Menalcas, quàm tamen Eudoxum esse credebant plurimi. Itaque in hoc loco Vergilium videmus maiora quam antea indicia manifestantem se posse, si quidem velit, optimas poematum partes aut capere aut mutare aut omnino relinquere. Atque mihi videtur Vergilius Theocriti descriptionem ita relinquens indicium optimum dare se maxime percipere quod aptissimum sit. Namque si Eclogam tertiam contemplemur, pastores duos quidem Menalcan et Damoetam observamus, qui inter se continenter cavillantur atque aptissime breviter dicit uterque ut enimvero assuefaciunt rustici. Namque usque ad Menalcae dictum quod eam vocem " pocula ponam et cet." habet non plura quinque versibus dicit pastor alter antequam respondit alter; sed apte quo in verbo apparet ea

vox " pocula ponam" plura quam antea dicit Menalcas, cum vehementior paulatim fiat uterque pastor. Sed tamen perabsurdum profecto futurum sit Menalcan de poculis describendis plurimis ut Theocritus uti, quae pocula pignora deponere sibi placet. Atque mihi videtur poculorum descriptionem ita longam non Vergilio placuisse, cum eam detrimento poeticae arti esse crederet; atque nunc, ut mihi videtur, nos apte quaerere licet utrum Graeco poemati haec poculi descriptio aptior sit quam in Vergili Ecloga tertia. Haud dubium! Namque si pastores duos inter se contendentes posuisset Theocritus, aptiores fuissent Menalcae et Damoetae sententiae breves et acres; sed contra facit Graecus poeta ut pastorum alter alterum(Thyrsim) obsecret ut canat quem ad modum quondam cecĕnit, ubi cum Africo Chrome canendo contendit (v. 24 ὡς ὁ Κα τὸν Λιβύ-
αθε ποτὶ Χρόμιν ἐρίσδων)
Atque Aipolos Thyrsim volens canere quam maxime possit aptissime de poculo dono deponendo multa et varia dicit; quam ob rem, me iudice, facile concedes Theocritum non inapte permulta de poculo dixisse, cum poculi ita dicta pulchritudine quam maxime possit conaturus sit Thyrsis. Atque quamquam asseverant multi qui

periti profecto sunt poeticae artis Theocritum reprehendendum esse quod ita multa de poculo dicit, tamen mihi videtur eum non omnino tale iudicium meritum esse cum paene satis excuset poculi descriptionem cantus longus qui a Theocrito et petitur et obtinetur, quamquam aliter sine dubio perlonga visura sit ea descriptio. Atque ne plura dicam, satis potest uterque poeta id percipere quod aptum est eis rebus describendis. Quodsi, ut aliter eadem proponam, de poculo versibus triginta et unus usus esset Vergilius, nonne omnino necesse fuisset Menalcam pastorem non rusticum sed multo potius poetam aut rhetorem dicere, ut perabsurdum fuisset eum cum Damoeta indocto canentem contendere? Atque si hoc facto etiam conatus esset Vergilius Menalcae verborum tantam turbam adaequare aeque multis Damoetae verbis, nonne necesse fuisset hos nostros pastores non rusticos sed doctos videri? Quodsi contra, postquam de poculo breviter quem ad modum de eo dicit Menalcas dixisset Theocritus, fecisset ut cantum et longum et politum et valentem canat Aipolos quem ad modum Thyrsis in versibus 64--14?, nonne quaeso apparuisset Thyrsus acer esse artem canendi exhibere? Atque denique, ut omnia haec brevissime dicam,

percipiunt et Vergilius et Theocritus quem ad modum poematum partes adaequandae sint, quamquam constat alterum alteri artem poeticam exhibere.

v. 43- 47:

Necdum illis labra admovi, sed condita servo.

Cum hoc versu Theoc. Id. i. 59 comparare licet:

οὐδέ τί πω ποτὶ χείλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται
ἄχραντον.

Hoc versu bis Vergilius, Theocritus semel utitur; sed haec apud Vergilium repetitio indicio artis est, quod gloriando alter pastor alterum superare conatur. Sed quamquam apud Theocritum haud talem ob repetitionem augenda est significatio, tamen contra apud Vergilium hanc ob repetitionem crescit significatio. Itaque id facit uterque scriptor quod sibi aptum esse videtur; sed nobis concedendum est Vergilium magis facere quam ipsa verba vero ex Graeco in latinum convertere, atque ad rem fortasse pertineat nos reminisci eius verbi quod ad huius nostrae commentationis incipium diximus, scilicet, Vergili imitationes indicio magno esse se mentem optimam habere quae possit adeo melius id facere quod imitetur, ut suum esse videatur. Sed nunc ut diligentissime locos contemple-

mur, velim, si placet, te observare Vergilium in hoc loco similiorem interpreti quam creatori sententiarum esse. Namque operae pretium erit haec contemplari: (1) Verbum "Necdum" nihil aliud est quam Graeca vox "οὐδέ τί πω" quae ad litteram convertitur: (2) Neglecto quidem eo quod "numerus" vocant grammatici, "labra" "χεῖλος" adaequat, quae verba etiam eandem versus partem habent: (3) "Sed" "ἀλλ'" adaequat, atque apparet utraque coniunctio non modo post versus caesuram sed etiam post verbum quod habet prima sententiae pars; atque, ut breviter dicam, vox Latina nihil aliud est Graeca voce quae paene ad litteram conversa est. Quas ob res non potest quaeri indicium, melius Vergilio in animo fuisse diligenter Graecum scriptorem imitari.

v. 45:

Et molli circum est ansas amplexus acantho

Cum hoc velim te Theoc. Id. i. 55 comparare:

πάντᾳ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος

In his locis etiam de poculo dicunt poetae nostri quod ei pastori donum futurum est qui optime canendo contendit; atque quod maxime observandum est

id est, scilicet, utrumque scriptorem de acantho ("acantho---- ἄκανθος") ornamento mentionem facere, quod verbum apud utrumque scriptorem extremam versus partem habet. Atque praeterea dicit uterque poeta acanthum mollem esse("molli--- ὑγρός") atque "circum" ("circum---- ἀμφί"):sed non eadem omnia dicit Latinus poeta quae Graecus. Namque Vergilius circum "ansas" , Theocritus circum "poculum" ("δέπας") acanthum esse dicit; sed tamen haud dubium est Vergilio in animo fuisse hunc apud Theocritum locum imitari.

v. 50:

Audiat haec tantum- vel qui venit ecce Palaemon.

Cum hoc versu Theoc. Id. v. 63 seq. comparemus:

Οὐδὲν ἐγὼ τήνῳ ποτιδεύομαι· ἀλλ' τὸν ἄνδρα,
αἰ λῇς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρικὰς
τήνας τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίσεται· ἔστι δὲ Μόρων.

In et Ecloga tertia et Idyllio quinto contendunt canendo pastores duo. Sed non eisdem pastorum nominibus utitur Vergilius quae Theocrito placent. Namque apud Latinum scriptorem "Menalcas" et "Damoetas,"

apud Graecum "Comatas" et "Lacon" apparent. Aliud quod Vergilium Idyllii quinti vestigia accuratissime secutum esse indicat hoc est, quod quem ad modum Theocritus ita etiam Vergilius facit ut iudicem obtineant pastores qui inter se contendunt. Sed tamen tamquam de his rebus aliquanto aliter dicere vellet, facit Vergilius ut Palaemonem iudicem invitent pastores, sed contra Graeco poetae placet pastores Morsonem (v. 65) vocare. Sed nunc ipsos locos qui comparandi sunt contemplemur: (1) Apud Vergilium videmus pastores statim et facile Palaemonem iudicem capientes, qua de re a Theocrito paulo differt Vergilius, cum facit Theocritus ut videamus Laconem optantem Lycopam iudicem futurum esse (v. 6 seq. ἀλλὰ τίς ἁμέ, | τίς κρινεῖ; ἀΐθ' ἔρθοι ποθ' ὁ Βουκόλος ὥς τ' ὁ Λυκώπας); sed non hoc Comatae placet qui Morsonem praefert, quam ob rem deligitur is. Quae indicio sunt a pastoribus Graecis de minimis rebus contendi, quod aptissime vero faciunt rustici indocti. Itaque mihi videtur Theocritus magis ex natura dicere quam Vergilius, cum apud Vergilium haud de iudice inter se contendunt pastores. Sed tamen facile concedo hoc non magni momen-

ti esse atque non vehementer disputandum esse: (2) Sed quamquam dicit Theocritus Morsonem virgulta humilia caedere quae adsunt(τὸν ἀΐρφα, | ἀὐ λῆς τὸν ἁρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρικάς|τήνας τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίζεται), tamen nihil dicit Vergilius de eo quod facit Palaemon, sed contra apud poetam Latinum de Palaemone primum verbum "Ecce" est. Quae omnia, cum pastoribus aptissima sint, omittens non facit Vergilius ut meliores appareant pastorum mores, quamquam vero celerius ad poematis finem ita venit. Quodsi adhuc non Vergilio in animo credamus Theocritum imitatum esse, auxilio fortasse futurum sit, si observemus eas duas voces "Ecce Palaemon" et "ἔστι δὲ Μόρων" , extremum versus locum atque eandem versus partem metro aestimandam habere. Itaque mihi haud dubium esse Vergilius diligentissime eum Graecum locum imitatus esse.

v. 52:

D. Quin age, siquid habes;

Cum hoc Theoc. Id. v. 78 comparemus:

Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις.

In utroque loco apparent pastores duo qui inter se cavillantes acriter petunt ut verbis relic-

tis statim canendo contendant. Itaque ei qui dicunt (Damoetas et Lacon) idem in animo habere videntur, atque ea verba quibus utitur Damoetas nihil aliud sunt quam Laconis verba quae ad litteram conversa sunt. Atque praeterea apud utrumque scriptorem eundem ordinem habent verba atque, id quod imitationis etiam maius indicium est, apud utrumque poetam eandem versus partem metro aestimandam atque primum versus locum habent verba, quas ob causas melius imitationis indicium quaerere non necesse sit.

v. 58:

Incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.

Cum hoc versu aptum est Theoc. Id. ix. 2 comparare:

ὦ Δᾶς ἄρχευ Δάφνι, συ ναψόθω δὲ Μενάλκας.

Apud utrumque poetam contendunt pastores duo canentes; sed in Latino loco iudex est Palaemon qui Damoetam incipium facere iubet, sed contra in Theocriti Idyllio nono apparet nullus omnino iudex. Namque facit Theocritus ut iubeat alter pastor(Daphnis) alterum pastorem certamen incipere. Placent Vergilio non modo Graeci poematis ipsae res sed etiam nomen, quo de uno pastore utitur Theocritus. Namque

apud Theocritum "Daphnis" et "Menalcas" , apud Vergilium "Damoetas" et "Menalcas" nominantur pastores. Atque neglecto nomine "Damoetas" , quo pro nomine "Daphnis" utitur Vergilius, atque praeterea neglecta "persona tertia" (ut dicunt grammatici) quae in verbo "συναψάσθω" apparet pro qua in verbo "sequere" secundam personam videmus, haud dubie ex Graeco in Latinum paene ad litteram convertit Vergilius atque paene eodem ordine usus est qui Theocrito placebat, cum paene eundem versus locum habeant nomina "Damoeta" et "Daphni" atque "Menalca" et "Menalcas" atque verba "sequere" et "συναψάσθω" . Quas ob res meliusne indicium quaere possis Vergilium Theocritum imitatum esse? Haud profecto!

v. 60 seq:

D. Ab Iove principium musae: Iovis omnia plena;
ille colit terras; illi mea carmina curae.

Cum hoc loco compara quaeso Theoc. Id. xvii. 1 seq:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι,
ἀθανάτων τὸν ἄριστον ἐπὴν ὑμνῶμεν ἀοιδαί.

Nunc primum nos oportet observare Theocri-

tum in hoc poemate Ptolemaei Philadelphi atque Coi qua insula natus est is laudes canere. Quod poema omne sermonis epici est, quam ob rem multo ab eis differt, in quibus inter se canendo contendunt pastores duo. Sed antea de tertiae Eclogae rebus saepe diximus, atque poema quod iam Vergili contemplamur multo profecto differt ab eo quod scripsit Graecus poeta noster; quam ob rem fortasse Vergilium credas omnino artis poeticae obliviscentem graviter vero erravisse, cum in poemate bucolico locum imitatus sit, qui locus in poemate apparet quod negare potest nullus epicum esse; quo admonito, ipsos locos contemplantes observemus cuius modi sit imitatio, ut aptius iudicemus de errore quem videtur Vergilius commisisse. Atque haec, si placet, bene nota: (1) Apud utrumque poetam ab Iove principium est ("Ab Iove principium musae" ---"Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα"): (2) Eundem versus locum atque paene eandem versus partem metro aestimandam habent hae duae voces. Atque praeterea nihil aliud est locus Latinus Graeco loco qui paene ad litteram conversus est, cum eundem ordinem habeant verba prima tria: (3) Vox Latina " Iŏvis-....-terras" eandem significationem habet quae in voce Graeca

"ἐξ ... Μοῦσαι" apparet: atque idem dici licet de vocibus "Illi-----curae" et "ἀθανάτων ... ἀοιδάς"; atque me iudice potest nullus dubitare quin Theocriti et significationem et verba prima ceperit Vergilius. Sed contra non quem ad modum alii loci ad litteram ex Graeco in Latinum convertitur hic locus: sed significationem retinens novis verborum ornamentis utitur Vergilius. Atque iam de imitatione satis fortasse deliberato, videamus utrum graviter erraverit Vergilius, ubi eo in poemate bucolico usus est quod ex poemate omnino Epico obtinuit. Atque iam Eclogam tertiam contemplantes videmus usque ad Palaemonis verbum(v. 55) ex natura profecto agere pastores duos qui inter se contendunt; atque omnibus his inaptissimus futurus sit sermo, quo non usurus sit rusticus. Sed ubi ~~alter~~ loquitur Palaemon, aptissime vero sententiis politioribus utitur atque incipere pastores iubet. Vult uterque maxime bene canere, quam ob rem aptum profecto est de Iove primum mentionem facere; atque postquam de deo dictum est, nihil aptius futurum sit quam Vergilium facere ut huius Eclogae sit incipium simillimum epico poemati. Itaque apertum est, ut mihi videtur, Vergilium Epicum poe-

ma imitantem non modo non de arte poetica erravisse sed etiam contra aptissime scripsisse, cum ita de rebus imitandis ipsam artem exhibeat, quae nihil aliud ingenio maximo est. Namque antea eum vidimus alia ex aliis fontibus posse et deligere et sicut poema novum ita componere quod virtutem magnam habet.

v. 64:

D. Malo me Galatea petit, lasciva puella

Cum hoc versu aptum est Theoc. Id. vi. 6 seq. comparare:

βάλλει τοι Πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἐς Γαλάτειαν μᾶλλον.

Apud utrumque poetam, quod saepe iam antea vidimus, inter se canendo contendunt pastores duo. Sed non modo de iisdem dicit Vergilius quae Theocrito placent, sed etiam pastorum qui apud Latinum poetam apparent alter idem nomen habet(Damoetas) quo utitur scriptor Graecus noster. Quas ob res aptum est nos maiorem etiam similitudinem apud poetas nostros quaerere quam fortasse manifestent ea quae ipsa parva sunt. Atque quidem non fallimur, cum in utroque loco loquantur ei qui certamen ducunt. Atque praeterea facit uterque poeta ut Galateam las-

civam videamus, quae mala amoris indicium iacit; sed primum, omnino non Graecorum verborum ordinem accipit Vergilius atque, deinde, voce "Lasciva puella" utitur, quae vox non apud Theocritum apparet, atque, postremo, Vergilius amantis non pecus ut Theocritus, sed ipsum amantem facit ut pellat Galatea. Sed tamen ut mihi videtur, incredibile est non Vergilio in animo fuisse Graeci loci significationem manifestare sed etiam legentem decipere, qui ignarus sit Idylliorum quae scripsit Theocritus; atque facile concedo Vergilium non Theocritum in hoc loco superavisse.

v. 70 seq:

M. Quod potui, puero silvestri ex arbore lecta
aurea mala decem misi; cras altera mittam.

Cum hoc confer, si placet, Theoc. Id. ii. 120:

μᾶλα μὲν ἐν Κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,

atque Theoc. Id. iii. 10 seq:

ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω. τηνῶθε καθάλος
ὣ μ' ἐκέλευν καθελεῖν τύ· καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.

In Latino loco Menalcas volens Damoetam superare, qui glorians dixit puellam Galateam ipsum val-

de amare, adulescentem dicit Amyntam ipsum perdite amare(vv. 66et 67:

"At mihi sese offert ultro mens ignis Amuntas,
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.",

atque eum sibi mala decem ex arbore silvestri mississe atque cras plura misurum esse. In primo Graeco loco Delphis, quem maxime amat Simaetha, ad eius domum citatus est, Simaethae quae nuper multo perturbata est quod se neglexit amans, dicit: ("Ἦλθον γάρ κεν ἐγών, νὰι τὸν γλυκὺν ἦλθον Ἔρωτα) ..... μᾶλα μὲν ἐν Κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων.")

Itaque apud Vergilium Menalcan et apud Theocritum Daphnim verba simillima dicere videmus. Uterque qui ~~dicitur~~ loquitur amans est atque ei qui amatur mala ex more dat: sed hoc neglecto minime similis Graeco loco est Latinus, quam ob rem facile concedi potest Vergilium non res singulas Graeci loci proponere conatum esse. Sed quamquam paene nullum est indicium Vergilio in animo fuisse Theocritum ad litteram ~~imitandum esse~~ imitari, tamen nomen "μᾶλα", quod primum versus locum habet apud Graecum poetam, apud Latinum vero secundum habet. Sed haud quem ad modum Theocritus de malis ferendis ("φυλάσσων") dicit Vergilius; sed contra

apud Vergilium dicit Menalcas se ea misisse(misi). Atque deinde quamquam facit Theocritus ut dicat Daphnis se mala in sinu tulisse("ἐν κόλποισι"), nihil tale affirmat Vergilius. Atque praeterea dicit Theocritus mala Dionysi esse("Διωνύσοιο"), sed non Vergilio Dionysi cura esse videtur. Atque deinde facit Vergilius ut dicat amator Menalcas se cras altera misurum esse ("cras altera mittam"); sed contra Delphis haudquaquam dicit se hoc facturum esse. Atque postremo dicit Menalcas mala aurea esse atque ex arbore silvestri lecta esse ("silvestri ex arbore lecta aurea"); quarum omnium rerum nihil profecto dicit Delphis. Itaque quamquam non incredibile est Vergilio in animo fuisse locum Graecum quem protulimus, haud dubium est Vergilium non eum locum in Latinum ad litteram convertere conatum esse; sed contra sibi satis esse videbatur unam iucundam rem eligere quae suo poemati apta fuit. Quam ob rem Vergilium videmus ingenium manifestantem quod multo maius est quam id quod exhibet scriptor qui non omnino poemata componere potest, nisi exemplar habeat. Sed multo maius imitationis indicium obtinemus, cum Latinum cum secundo Graeco loco comparemus; atque, si placet, observa quae in hoc Graeco loco narrantur: Amaryllidi

canit pastor fortasse Battus, quae quidem in antro quiescit; atque ut credat puella pastorem se perdite amare, dicit is ea quae in loco sunt. Paene de iisdem dicit uterque poeta, cum apud utrumque amatorem videamus qui ei quam amat aliqua mala dare vult. Atque iam diligentius hos locos contemplemur; atque primum indicium Vergilio in animo fuisse Graeci loci non modo formam et speciem sed etiam significationem imitari hoc est, scilicet, verbum "puero" , quod Graecum "Τοι" adaequat, quamquam pro tertia persona secundam scribit Vergilius, quoniam non ei quam amat, sed Damoetae dicit Menalcas: atque praeterea paene eundem versus locum habet "puero" quem "Τοι". Namque verbi "puero" syllabae primae duae pedis secundi faciunt partem postremam, sed "Τοι" primam. Atque praeterea affirmat uterque scriptor "decem" mala esse atque facit ut dicat amator se cras altera laturum esse. Quodsi parvi momenti, ut mihi videtur, sit coniunctionem omissam esse, sine dubio dicas ex Graeco in Latinum ad litteram conversum esse. Atque praeterea operae pretium est etiam observare et Vergilium et Theocritum eodem verborum ordine usum esse("cras--- αὔριον : altera---- ἄλλα : mittam---- ὀίσω)

atque utroque poetae placuisse paene in eodem versus loco haec verba apparere. Atque deinde quamquam profecto apud Vergilium vox "silvestri ex arbore lecta" non ex Graeco ad litteram conversa est, tamen non dubito quin Vergilio in animo fuerit ea Theocriti vox "Τηνῶθε καθεῖλον" . Atque postremo, ut haec omnia breviter dicam, hic apparet indicium maximum imitationis diligentissimae quam voluisse exhibere Vergilium credo, atque imitationis possit quaeri nullum melius indicium. Sed poeticam vim minorem atque artem exhibet talis imitatio quam primus Latinus locus, qui profecto non eundem ad modum Graeci loci exemplar est.

v. 80 seq:

D. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.

Cum hoc loco operae pretium est Theoc. Id. viii. 57 seq. conferre:

Δ. Δέν δρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' ὐγρός,
ὄρνισιν δ' ὕπνος, ἀγροτέροις δὲ λέοντες,
ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.

De pastoribus dicit uterque poeta qui canentee inter se contendunt, atque apud utrumque scriptorem

pastorum alter Menalcas nominatur. Atque praeterea placet et Damoetae et Daphnidi, qui in his locis loquuntur de muliere cum viro comparanda dicere; atque ut suorum verborum quam maxima sit significatio de similibus dicit uterque quae exhibent non modo animalia sed etiam natura. Quam ob rem apte dici us Graecum similem Latino loco esse. Sed nunc ut diligentius contemplemur quem ad modum ab altero loco differat alter, haec quaeso observa: (1) Res quinque in Graeco loco apparent, atque momenti maioris est unaquisque eis omnibus quae ante eam a poeta ponuntur; quarum omnium nihil aliud est significatio quam amoris vis quem in mulierem habet vir. Sed contra in Graeco loco sunt res tantummodo quattuor, quarum omnium maximi pretii quidem est ultima; atque non amoris sed irae vim proponit poeta; atque a Theocrito differens de ira non mulierum omnium , sed ipsae Amaryllidis dicit Vergilius. Sed de quattuor non quinque rebus mentionem faciens maiori cum arte, ut mihi videtur, dicit Latinus poeta. Namque si Graecum locum diligenter contemplemur, videbimus vocum, " ὄρνισιν δ' ὑποπλαγξ" et "ἀγροτέροις δὲ λίνα" , utramque nihil aliud quam plagarum periculum animalibus significare.

Itaque apud Theocritum vox "ἀγροτέροις δὲ λίνα"
neque significationem novam dat neque facit ut totius vocis maior sit vis: (2) De inanimis primum, deinde de vivorum eodem numero mentionem facit Theocritus("Δένδρεσι -- ὕλαι : ὄρνισιν --- ἀγροτέροις"): sed contra Vergilius primum de vivis, deinde inanimis dicit(stabulis, i. e., pecoribus: frugibus, arboribus): (3) Curae magnae Vergilio est non de iisdem dicere quae Theocrito placent.

Atque iam ut brevius omnia haec dicam, non possumus negare Vergilium Graeci loci formam et speciem imitatum esse: atque profecto indicium magnum habemus Latino scriptori in animo fuisse Graeci loci vestigia aliquanto diligenter sequi, sed tamen adeo male successisse quaedam mutantem, ut non Latinum Graecum locum superare dicas, nisi omnem significationem earum quinque rerum quae in Graeco loco apparent quattuor rebus utens exhibuisset Vergilius. Sed facile concedo necesse esse poetas aliquam artis poeticae licentiam habere: quam ob rem fortasse non oportet nos maioris momenti iudicare esse eam significationis repetitionem quae apud Theocritum exstat. Atque praeterea non ex natura futurum sit spe-

rare pastorem talem qualis est Daphnis sententias perpolitas dicere. Itaque quamquam ut docti apte dicamus Graecum locum posse reprehendi, tamen concedendum est Vergilium haud minus reprehendendum esse, cum faciat ut adeo doctus esse videatur Damoetas, ut percipiat quomodo ob repetitionem efficiatur Theocriti ars. Quod si concedendum sit, profecto necesse est etiam Vergilium reprehendere qui facit ut pastorem ita doctum videamus. Atque si, ut politior ars poetica sit, non de quinque sed de quattuor rebus dicit Vergilius, culpandus fortasse est, cum pastorem exhibeat qui suavitatem odorum afflat ex floribus quos non in agris sed multo potius semper in opulentorum villis petimus. Quod si verum sit, haud dubium est Theocritum de pastorum natura aptius Vergilio dixisse.

v. 89:

D. Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.

Compara quaeso cum hoc versu Theoc. Id. i. 132 seq:

Νῦν δ' ἰὰ μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
ἐκ δὲ καλὰ ῥάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·
πάντα δ' ἐναλλὰ γένοιντο, καὶ ἐκ πίτυος ὄχνας ἐνικάλ

Δάφνις ἐπὶ θυάσκει, καὶ τὰς κύνας ὠλαφος ἔλκοι,
κἠξ ὀρθῶν τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

Primum quaeramus de quo dicat uterque poeta: Pollionem laudat Vergilius qui suus amicus patronusque est atque ei qui Pollionem amat omnia bona vult. Atque etiam dicit: "Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum" , -id quod tantum in aetate aurea fiebat. Atque nunc quid dicit poeta Graecus? Daphnidem profecto videmus maxime aegre ferentem quod despicit ipsum ea puella quam amat; quam ob rem optat Daphnis naturam rerum solitarum oblivisci:

Νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
ἃ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάται·
πάντα δ' ἐναλλὰ γένοιντο, καὶ ἄπιτος ὄχνας ἐνίκαι,

Δάφνις ἐπὶ θυάσκει, καὶ τὰς κύνας ὠλαφος ἔλκοι,
κἠξ ὀρθῶν τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

Sed nunc ut hos locos simillimos esse videas, haec te observare velim: (1) Facit uterque scriptor ut is qui dicit acerrimus sit: (2) Uterque qui dicit naturam non ex more agere optat: (3) De rubis ("rubus--βάτοι") dicit uterque poeta, quamquam non de eis eadem dicit uterque, cum faciat Vergilius ut optet

Damoetas rubum amomum ferre, atque Theocritus faciat ut violas ("ἴα") desideret Daphnis. Itaque haud dubium est locos quos comparamus simillimos esse, atque mihi verisimile esse videtur Vergilio in animo fuisse Graecum locum, quamquam profecto ita de Damoeta et Menalca qui inter se contendunt dicens non potest omni Graeco loco uti, quod longior quam aptior futurus sit pastoribus quibus maxime placent versus bini. Itaque primum poematis consilium apte retinens Vergilius Graeci loci sicut nervos quidem recipit, sed verbis minor cura est; sed tamen mihi profecto videtur Vergilius ita scripsisse, cum Graecum locum admiraretur. Quam ob rem nobis est indicium Vergilium potuisse uti non modo eis quae digna apud alium scriptorem esse videntur sed etiam aliqua tamquam creare, quam ingenii vim per pastores inter se contendentes apte manifestat. Namque facit ut Daphnidis cantus qui longus atque significantior est brevior sit atque aptior eis rebus quae in Latino loco sunt. Atque saepe multo potius admiranda est talis ingenii vis quam ea quae novas res exhibet.

vv. 96 et 97:

D. Tityre, pascentes a flumine reice capellas:
ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.

Cum hoc loco operae pretium erit Theoc. Id. iv. 44 conferre:

βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία

et Theoc. Id. v. 145 seq:

ἀὔριον ὑμὲ
πάσας ἐγὼ λουτῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθε λίμνας.

Hic videtur Vergilius multa cum arte duos Graecos locos iunxisse, quorum apparet alter in altero Idyllio. In primo loco qui in Idyllio quarto, v. 44 est haec dicit Battus qui Corydonem deridet: "βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία" : quo in loco tamen de aut flumine aut rivo dicitur nihil, sed contra operae pretium Theocritum observare in secundo loco dicentem: "ἀὔριον ὑμὲ πάσας ἐγὼ λουτῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθε λίμνας.

Atque observa quaeso qua cum arte faciat Vergilius ut unus fiant hi duo loci ob hoc quidem quod Tityrum imperat Damoetas capellas " a flumine" reicere (non "κάτωθε", sicut apud Theocritum). Atque deinde adeo perite iunguntur hi loci duo qui comparantur, ut unus fiant quod supra diximus. Quodsi, ut mihi videtur, in animo Vergilio versus 96 et 97 scribenti fuerint

hi loci Graeci, nonne est hoc indicio magno Vergilium cum Theocriti Idylliis, ut ita dicam, familiarissime vixisse? Profecto! Namque aliter non verisimile est se Graecos locos duos ita scienter iunxisse qui late separantur. Ex quo efficitur ut Vergilio Theocriti Idyllia maxime placerent, cum ita et facile et apte locos late separatos iungere potuisset nullus nisi is qui et artis poeticae et scriptoris acceptissimi peritissimus erat atque multos locos ad litteram citare poterat qui maxime admirandi erant.

v. 100:

D. Heu, heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo.

Cum hoc compara quaeso id quod dicit Battus apud Theoc. Id. iv. 20;

Λεπτὸς μὲν χὠ ταῦρος ὁ πυρρίχος.

Non incredibile est Vergilio in animo fuisse hunc locum Graecum. Namque haec te observare velim: (1) Uterque qui ~~[illegible]~~ cognitum aegre fert macrum esse taurum atque verbo "πυρρίχος" utitur Theocritus ut taurum designet; sed contra Vergilio idem facere volenti placet dicere quo in loco sit animal ("pin-

gui---in ærvo"): (2) Apud utrumque poetam "taurus" nominatur animal ("taurus---- ταῦρος"), atque de hoc primum dicit uterque scriptor. Quas ob res non dubium est, ut mihi videtur, Vergilio in animo fuisse Theocritum aliqua cum cura imitari.

Ecloga iv.

---

v. 18 seq:

At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu
errantis hederas passim cum baccare tellus
mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.
ipsae lacte domum referent distenta capellae
ubera, nec magnos metuent armenta leones.

Hoc cum loco te comparare Theoc. Id. xix. (xxiv). 84 seq. velim:

[ἔσται δή τοῦτ' ἦμαρ, ὅπηνίκα ταῦρον ἐν αὐλᾷ
καρχαρόδων σίνεσθαι ἰοὺν λύκος οὐκ ἐθελήσει.]

Aptum erit quaerere quibus de rebus scribat uterque poeta: Scripta est a Vergilio Ecloga quarta postquam in Italiam venerant mala magna, quae ex agrorum partitione atque discordia, quae inter Octavianum et Antonium orta est, anno septingentensimo tertio decimo ab urbe condita bellum civile confecerunt.

Atque praeterea ortae erant aliae miseriae ex obsessione quam fecerunt Sexti Pompei atque Antoni naves. Quae ob omnia Brundisi pacem laete accepit populus sollicitatus , quae paulo quidem post inter duces duos antea inimicissimos facta concordiam restituit. Is qui pro Antonio de pace egit Vergili patronus Asinius Pollio fuit, qui post pacem factam paene statim Romam reversus in consulatum inibat atque iam nunc ob puerum natum maxime gaudebat. Credebant profecto plurimi aevum aureum novum iam futurum esse, atque, cum magna ex parte ob ipsius Pompei auxilium discesserint miseriae, eum in consulatum incuntem laudat Vergilius puerum Pollionis indicio esse credens in patriam iam venturas esse secundas res.

Sed iam quibus de rebus dicit in Idyllio quarto et vicensimo Theocritus? Primum, de Hercule infanti profecto, qui serpentes duos elidit quos misit Iuno ut eum occidat, atque deinde dicit Theocritus Herculis matrem Alcmenam Tiresiae consulisse qui dixerit de periculis quae a Hercule subeunda essent ex quibus gloriam multam obtenturus esset. Atque ut breviter omnia haec dicam, in hoc Idyllio,quem ad modum in Ecloga quarta Vergilius, aevum aureum exspectat Theoc-

ritus, ~~ut~~ quo aliter quam ex more fient omnia.

Itaque videbatur utrique poetae in animo fuisse paene idem quod nihil aliud aevo aureo est; atque fortasse Vergilio in animo erat Theocriti hic locus, ubi Pollionem atque eius puerum nuper natum laudabat quem ad modum dixit Theocritus Herculem gloriam obtenturum esse; atque tibi Vergili vocem contemplanti, "Nec magnos metuent armenta leones" , nonne videtur hoc Theocriti Idyllium scriptori Latino in animo fuisse? Sed tamen non confidentius dicendum est Vergilium hanc Eclogam scribentem conatum esse Graecum poetam imitari. Namque licet te videre paene eandem opinionem apud Isaïam xi. 6 seq:

וְגָר זְאֵב
עִם־כֶּבֶשׂ וְנָמֵר עִם־גְּדִי יִרְבָּץ וְעֵגֶל
וּכְפִיר וּמְרִיא יַחְדָּו וְנַעַר קָטֹן נֹהֵג
בָּם

atque apud Isaïam lxv. 25:

זְאֵב וְטָלֶה
יִרְעוּ כְאֶחָד וַאֲרִיֵה כַּבָּקָר יֹאכַל־תֶּבֶן

In utroque loco mentionem ~~fecit~~ facit Isaïas de aevo quo terras superaturus sit Messias atque facturus sit ut ubique sit pax. De similitudine Vergili Eclogae quartae quosdam apud Isaïam locos dicit etiam Pope, "Advertisement to the Messiah", haec dicens: " This

will not seem surprising, when we reflect that the Eclogue was taken from Sibylline prophecy on the same subject". Atque operae pretium erit alios poetas observare similibus vocibus utentes de aevo aureo redituro, de bestiis taetris perituris, de hominibus quidem labore solvendis, quae omnia profecto perplacita tantum ad mundi principium apparebant, ubi nondum contra ius fecerant Adamus et Eva. Atque etiam eandem opinionem proponit is Greacus poeta Hesiodus, Opera et Dies" , 109 seq:

Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
ἀθάνατοι ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν,
ὡς τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ οἰζύος· οὐδέ τι δειλὸν
γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων·
θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔην.

Itaque omnium hominibus aetatum atque semper placuisse videtur haec opinio quae faciebat ut crederent,

hoc aevo aureo orto, miserias omnes cessuras esse. Quam ob rem non certa cum confidentia possumus dicere Vergilio in animo fuisse Theocriti Idyllium undevicensimum imitari, quamquam sine dubio una cum Graeci poetae Idylliis sicut familiarissime vivebat. Atque si eum locum scripserit Theocritus, quem protulimus, non incredibile esse videtur eum Vergilio notum esse. Sed adeo communis est ea opinio quae hoc loco apparet, ut ita fortasse potius quam ob Theocritum affectus sit Vergilius; atque accuratius fortasse dicamus Vergilium dictum et vetus et notissimum proponere quod semper hominibus maxime placebat.

v. 21:

Ipsae lacte domum referent distenta capellae
ubera.

Hoc cum loco compara si placet Theoc. Id. xi. 12:

πολλάκι τὰ ὄϊες ποτὶ τωὐλίον αὐτὰ ἀπὴν θον
χλωρᾶς ἐκ βοτάνας.

In Graeco loco describitur quem ad modum Galateam amet Polyphemus, quam ob rem facile conceditur non ~~aliud~~ alterum poema in omnes partes ~~aliud~~ alterum referre. Similia vero sunt tantummodo quod in utroque, nullo pastore

agenti, domum redeunt ipsa armenta: atque cum Vergilio maxime placeant Theocriti Idyllia, non profecto me iudice admirandum est, si ~~sibi~~ ei Eclogam quartam scribenti in animo fuerit Graeci loci significatio: quod si verum sit, aliud nobis est indicium Vergilium potuisse alius poetae verbis magna cum arte uti.

Ecloga v.

---

v. 12:

pascentis servabit Tityrus haedos.

Cum hoc te Theoc. Id. i. 14 comparare velim:

Τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομεῶνι

Dicit uterque poeta de arte musica quam exhibent pastores duo qui inter se contendunt. Apud Theocritum Thyrsis et Aipolos, apud Vergilium Menalcas et Mopsus pastores sunt: sed tamen non nego haec poemata aliquanto differre. Namque in Graeco poemate non inter se contendunt pastores, sed contra multa et acriter dicens Aipolos Thyrsim obsecrat ut tanta cum arte canat quantam exhibuerit ubi cum Chrome Africo contenderet. Sed apud Latinum scriptorem nos-

trum inter se Menalcas quidem canendo, Mopsus fistula utens contendit. Sed observandum est differre poemata cum in Latino dicat is qui loquitur Tityrum Mopsi pecus custoditurum esse, si fistulae artem manifestaturus sit Mopsus: sed contra in Graeco poemate dicit is loquitur se ipsum, artem musicam exhibenti Thyrso, eius pecus custoditurum esse.

Sed paene eandem notionem habent haec poemata; atque operae pretium erit hos locos observare qui iam comparandi esse videntur in hoc ipso poematum loco apparere quo incipium canendi alterum pastorem facere hortatur alter. Atque praeterea ei loci quos comparamus non modo extrema sunt verba eius qui loquitur sed etiam paene eandem versus metro aestimandam partem habent: atque postremo in et Latino et Graeco tempus futurum indicat verbum. Quas ob causas credibile est, ut mihi videtur, Vergilio in animo fuisse locum Graecum imitari.

v. 32 seq:

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis:
tu decus omne tuis.

Cum hoc Theoc. Id. viii. 79 seq. te conferre velim:
Τᾷ ἁμοὶ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίᾳ μᾶλα,
Τᾷ βοὶ δ' μόσχος, τῷ βουκόλῳ αἰ βόες αὐταί.

Tandem notionem generalem habent haec poemata, cum ex more canentes contendunt pastores duo, atque praeterea duorum alteri idem nomen (Menalcas) dat Vergilius quo utitur Theocritus; atque quamquam apud Vergilium sunt pastores duo sed apud Theocritum alter pastor, alter bubulcus, tamen Vergilio curae est non eo nomine uti quod bubulco (Daphnis) dat Theocritus sed multo potius eo nomine quod habet Theocriti pastor. Atque praeterea operae pretium est te observare eos versus Graecos quos protulimus a Daphnide, in poemate Latino de Daphnide dici. Quae indicio non parvo sunt, ut mihi videtur, Vergilio in animo fuisse locum Graecum diligenter imitari. Atque iam ut diligentius locos iudicemus, aptum est haec observare: (1) Apud Vergilium comparationum quattuor seriem videmus, quae utraeque verbo "ut" indicatae faciunt ut momenti maioris sit res quinta. Atque apud Theocritum etiam comparationum seriem videmus quae non tamen, ut apud Vergilium, verbo "ut" indicatur; atque praeterea apparet res non, ut apud Vergilium, quattuor sed tres, quae omnes profecto, ut apud poe-

tam Latinum, faciunt ut significantiam maiorem habeat res quinta: (2) In utroque loco partim ex animalibus sicut fonte, partim ex rebus procedunt illae comparationes. Compara, si placet, voces " ut gregibus tauri" et "τᾷ βοὶ ὃ' ἃ μόσχος" . Quas ob res credibile est Vergilium Eclogam v. 32 seq. ita composuisse, cum Theoc. Id. viii. 79 seq. maxime admiraretur. Namque mirabile vero sit, si Graeci ignarus ita scripserit Vergilius; sed tamen laude magna dignus est poeta Latinus, quod multa cum arte res nonnullas adeo mutavit ut novam cum speciem tum formam habeat sententia quae Theocrito placuit. Namque te observare velim Vergilium de vitibus, arboribus, uvis, pecoribus, tauris, satis, agris dicere; sed Theocritum de quercibus, nucibus, malis, vaccis, vitulis. Itaque assevero hanc mutationem quam facit Vergilius observandam esse, quamquam facile concedo tales imitationes scriptorem ingenio paene omnino expertem posse facere. Hoc facere possit quidem puer, si in mentem veniat. Sed quamquam profecto momenti parvi sunt ipsae tales imitationes, tamen eas non omnino cogitatione percipiunt scriptores aliqui, quam ob rem Vergilium dico laude dignum esse, qui ita saepissime faciens talem ingenii vim exhibet, qualis maxime

apud eum apparet qui non alios imitari sed multo potius multa creare potest. Itaque non modo imitatorem sed etiam sicut creatorem Vergilium nos admirari oportet.

v. 43 seq:

M. "Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
formonsi pecoris custos, formonsior ipse."

Hoc cum loco te Theoc. Id. 120 seq. comparare velim:

Δάφνις ἐγὼν ὅδε τᾶνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.

Hic Mopsi verba extrema videmus, qui dicit Daphnidem velle pastores sibi sepulchrum facere atque in eo haec verba inscribere:
"Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
formonsi pecoris custos, formonsior ipse!"
Apud Theocritum dicit Daphnis se in Plutonem ab Amore detrahi("ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' Ἔρωτος ἐς Ἄϊδος ἕλκομαι"), quam post vocem verbis utitur quae cum Vergili loco comparamus. Atque iam te ipsos hos locos observare velim: (1) Eisdem verbis ad loci incipium utitur uterque scriptor ("Daphnis ego"---

Δάφνις ἁγών"): (2) De Daphnidis fama dicit uterque poeta("hinc usque ad sidera notus"---- ὅσσα τῆ-νος ὅ''): (3) Daphnidem pecoris custodem appellat u-terque poeta("pecoris custos"--- τὰς βόας ...ορεύ-ων"). Itaque mihi videtur Vergilius locum Grae-cum imitatus esse sed, quod saepe antea dixi, mul-ta variaque mutare voluisse cuius causa haec dicit, quae non apud Theocritum apparent: (1) "In silvis": (2) Ad sidera": (3) Deinde de non modo sui sed etiam pecoris pulchritudine dicit Vergilius, quamquam vero apud Theocritum est nihil tale.

v. 45 seq:

ME. Tale tuum nobis carmen, divine poeta,
quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
dulcis agnae saliente sitim restinguere rivo.

Hoc cum loco Theoc. Id. 78 compara:

ἁδὺ δὲ καὶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν.

In loco Latino dulcedinem comparat Menalcas carminis quod paulo ante cecenit Mopsus cum soporis dulcedine quae fessis in gramine maxime placet atque cum aquae dulcedine eis qui aestate sitiunt. Atque te velim ob-servare, si placet, locum Graecum paene eandem sig-

nificationem habere quae in versu secundo et tertio Latini loci apparet. Compara quaeso etiam "Sopor"--- ἀὴθριοκοίτᾳν : "aestum" ------ θέρεος : "aquae saliente----rivo"----- παρ' ὕδατος ῥέον" . Itaque non incredibile est Vergilio in animo fuisse his vocibus uti quae apud Theocritum apparent; quod si verum est, non ne sibi curae profecto fuit ad litteram ex Graeco in Latinum convertere? Namque quamquam nonnullis utitur poeta Latinus quae apud Theocritum sunt, tamen neque eundem apud Vergilium ordinem qui Theocrito placet neque eandem versus partem habent hae voces. Itaque non aptum est nos dicere Vergilium totum locum Graecum imitatum esse sed tantum eas voces quae sibi maxime placerent. Sed quamquam de quiescendo ad rivum dicit Theocritus, Vergilius de sitim restinguendo rivo saliente dicit. Atque praeterea de "fessis" atque de "gramine" dicit Vergilius, de quibus a Theocrito fit mentio nulla. Quae omnia ut aliter dicam, de pluribus dicit Vergilius quam Theocritus, quam ob rem facit poeta Latinus noster ut acrius mentem impellant rerum forma et species. Atque quod saepe iam dixi, non vehementius dicendum est Vergilium ob hoc artem poeticam maiorem quam Theocritum exhibere. Facile tamen concedo Latinum poetam et plura et peritius dixisse, si

rhetore iudice utamur; quodsi verum sit Vergilium loco Graeco affectum ita Menalcae verba composuisse, fortasse dicat aliquis Vergili artem poeticam maiorem esse quam Theocriti, quam ob rem Vergili imitationem pretii maioris esse ipso loco Graeco. Sed non de his locis qui iam comparantur iudicare nos oportet quem ad modum is cui placet nihil aeque ac ipsa verborum sententiarumque pulchritudo; sed contra necesse est qualis sit is qui ~~dicit~~ cognitur. Quod si verum sit, cognoscamus qualis sit Menalcas atque Daphnis, quorum alter apud Vergilium, alter apud Theocritum dicit. Bubulcus quidem rusticus est Daphnis qui in agris pastori obvius est atque haud dubie vestimenta rustica gerit atque nihil aut dicit aut facit nisi quod aptissimum ei vitae est qua in agris montibusque fruuntur homines. Quam ob rem omnino caret eo cultu perpolito quem ~~inter~~ inter reges videre licet: itaque sibi in animum minime venturum sit sententias dicere quae perpolitae atque ornatae sunt quarum profecto inscius est. Atque nonne quaeso talis apud Theocritum esse apparet Daphnis? ~~Sibi~~ Cui non curae sunt vocum ornamenta, sed contra rudis est vox qua utitur. Namque de aestate, rivo saliente, sopore sub caelo dicens verbis quam minimis atque simplicissimis potest utitur. Quid aptius sit tali

qualis est Daphnis? Sed iam quaeramus qualis sit Menalcas qui in hac Vergili Ecloga apparet. Pastor profecto est qui cum altero pastore canens contendit, atque haudquaquam moribus, cultu, ceteris inter se differunt. Itaque si faciat Theocritus ut aptissime dicat Daphnis, oportetne nos dicere Vergili sententias politiores quam Theocriti atque artem poeticam maiorem esse, etiamsi Menalcae qui loquitur multo potius eis placeant verba qui litterarum periti sunt? Haud, ut mihi videtur! Namque ei qui artis poeticae peritissimus est curae est nihil nisi quod talis sit is qui loquitur qualis videtur. Quam ob rem nonne credibile est Vergilium quem ad modum in aliis locis hoc in loco erravisse, cum de pastoribus dicat qui in agris montibusque pecora colentes talibus verbis utuntur qualia numquam veris pastoribus placent sed multo potius eis hominibus qui litterarum periti sunt? Sed non nego hos locos quos protuli disputatione ita multa non dignos esse; sed profecto nobis iam fuerunt indicia multa eius vitii de quo saepe dicunt scriptores recentes, qui vehementer asseverant apud Vergilium non veros pastores sed falsos apparere, quibus potius placeant opulentorum regumque domus quam agrorum vita.

contemplari
Atque nunc aptum erit te poema quod a Roberto Burnsio compositum "Pastoral Poetry" inscribitur, qui plurimos acriter reprehendit qui antea poesim bucolicam componere conati sunt. Atque quamquam multos concedit aptissime poesim Epicam et Tragicam scripsisse, tamen opinatur male succisse eis qui poesim bucolicam scripserint. Haec dicit Burnsius:

" Say, Lassie,"(i.e. Artis poeticae Musa, quam in primo poematis versu appellat poeta) "why thy train amang,
While loud the trump's heroic clang"(i.e.Ars poetica)
"And sock or buskin skleep alang
To death or marriage" (i.e. Tragoedia)
"Scarce ane has tried the shepherd-sang
But wi' miscarriage?"

Atque deinde de Theocrito et Vergilio dicit:

"But thee, Theocritus, wha matches?
They're no herd's ballats, Maro's catches."

Hic Burnsio in animo est Theocritum poesim bucolicam scribentem maxime laudare, sed Vergilium aeque reprehendere.

v. 67 seq:

Pocula bina novo spumantia lacte quotannis
craterasque duo statuam tibi pinguis olivi,
et multo in primis hilirans convivia Baccho
ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra
vina novum fundam calathis Ariusia nectar.

Hoc cum loco Theoc. Id. v. 53 seq. comparare licet:

στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
ταῖς Νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἀμφίος ἄλλον ἐλαίω.

Iam te observare velim quomodo apud poetas nostros similes sint res de quibus dicunt. Graeco in loco tamen dicit Lacon se Nymphis lactis crateram donaturum esse; sed Latino in loco dicit Menalcas in animo sibi esse Daphnidi sacrificare qui inter deos iam sit. Sed deinde ipsos locos diligentius contemplemur qui comparantur: (1) De lacte primo dono dicit uterque poeta: (2) De olivo secundo dono dicit uterque: (3) Eodem verbo(i.e. "statuam"----"στασῶ") utitur uterque scriptor, quod tempus futurum indicat atque eandem versus partem metro aestimandam habet: (4) Paene eandem versus partem habent "lacte" atque "γάλακτος": (5) Eandem versus partem habent "olivi" et "ἐλαίω". Itaque haud dubium est Vergilio in animo fu-

isse diligentissime locum Graecum imitari: atque quamquam non de rebus dicit quem ad modum Theocritus, non tamen ob hoc minus credibile est hanc imitationem veram esse. Namque quamquam de "poculis biñis" atque "crateris duobus" dicit Vergilius atque de "uno" poculo atque "uno" cratere Theocritus, tamen significationem parvam habet haec disprepantia. Sed maioris, ut mihi videtur, momenti est Vergilium "duo" atque aeque saepe Theocritum "unum" dicere, cum indicium optimum sit hoc Vergilio loci Graeci formam et speciem placuisse. Quam ob rem, quod iam supra dixi, non dubium esse videtur Vergilio in animo fuisse Graecum locum diligenter imitari; atque haudquaquam perturbamur quod de "poculis spumantibus" Vergilius, de "lacte albo" Theocritus dicit. Neque significationis multae est Vergilium olivum "pingue" esse, quamquam Theocritus id "suave" ("ἁδύ") esse dicit. Sed non indicio sunt haec ita parva Vergilio in animo non fuisse locum Graecum imitari: sed contra indicio bono eum apte voluisse locum Graecum adeo mutare ut aliquanto nova fuerint rerum species et forma. Sed fortasse dicat aliquis Vergilium haec facientem volùisse sicut creatorem, non imitatorem apparere, quam ob rem reprehendum sit, cum a Theocrito furatus sit. Qua de

reprehensione tamen satis est dicere litterarum furtum non inter Romanos iudicatum esse quem ad modum inter nos. Tamen vero saepius multa ab aliis exceperunt scriptores recentes: sed non litterarum furtum appellatur hoc, si hunc ad modum meliores fiant litterae. Atque ut melius percipias quod velim, Shakespearium atque Miltonium , Anglicos poetas nostros, te observare volo. Dicit Frieze, Verg. Aen. Praef. p. xvi., 1887:

" Vergil was an imitator. He gloried in imitation. He borrowed without stint from Homer, from Apollonius, from the Greek tragedies, and, in shott, he laid under contribution all the earlier poets both of Greece and Rome. Nothing beautiful in them, nothing fitted to his purpose escaped his search. But he so appropriated to himself, and assimilated to his own modes of thought their ideas, images, and forms of expression, that they come before us in the Aeneid in all the freshness and individuality of new creations. The Aeneid stands nearly in the same relation to pre-existing literature as does the "Paradise Lost". The authors of these two epics are the greatest of all plagiarists; but the borrowed thought in both of them assumes so much of their individuality that their

plagiarism becomes a beauty and a virtue. They are plagiarists of the older poets in the same sense that the painter is a plagiarist of Nature."

Atque mihi aeque aptum esse videtur Vergilium non reprehendere, cum in Eclogis appareant loci multi atque boni qui etiam apud Theocritum sunt. Namque potuisset nullus nisi poeta optimus adeo perite eis locis uti paene novi et profecto saepe politiores fiant. Atque ut Vergili artis poeticae aliud indicium habeas, te contemplari velim loci Latini partem extremam; namque quamquam apud Theocritum is qui loquitur postremo eis verbis utitur quae comparantur, tamen eandem notionem Vergilius versibus aliis tribus auget, quam ob rem maior fit significatio.

v. 72:

Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon.

Hoc cum versu Theoc. Id. vii. 71 seq. te comparare quaeso:

Αὐλησεῖσθαι δέμοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς, εἷς δὲ Λυκωπίτας.

Apud utrumque poetam cantum bucolicum videmus, quem apud Theocritum Lycidas, apud Vergilium Menal-

cas canit; atque praeterea apud utrumque scriptorem eius partis quam Anglice "stanza" appellatur versus primus hic est quem ad comparandum protulimus. Atque iam hos locos diligentius contemplemur: (1) Idem incipium habent ("Ἀείσονται ... μοι ..." : "Cantabunt mihi"): (2) "Duo pastores" ("δύο ποιμένες") dicit Theocritus: Sed quamquam non hoc dicit Latinus poeta, tamen dicit "Homines" duos ("Damoetas et Lyctius Aegon") sibi canturos esse. Atque quamquam non hoc in loco hos pastores appellat, tamen in Ecloga tertia apparet contendens canendo pastor qui Damoetas nominatur, atque credibile est Vergilium hoc in loco quem iam contemplamur voluisse Damoetam pastorem esse. Quod si verum sit, Vergilius faciens ut eorum qui contendunt pastor sit alter profecto Theocritum imitatus est. Itaque, ut mihi videtur, Vergilio in animo erat facere ut pastor etiam sit Aegon. Quodsi hoc dicens non errem, diligentissime vocis "δύο ποιμένες" significationem dat Vergilius, quamquam non negare possum eum non "δύο ποιμένες" adeo ad litteram conversum esse, ut "duo pastores" scripserit. Hanc mutationem fortasse fecerit, ut verba extrema ("Ἀχερσιὰς" et "Λυκωπ-

τὰς") fugerit. Namque potest nullus credo negare Vergilium continenter multa variaque mutare, ut multo potius ad Italiam pertineant verba. Quas omnes ob causas mihi videtur Vergilio in animo fuisse locum Graecum diligenter imitari, quamquam curae sibi erat adeo locum mutare ut Latinas, non Graecas res proferat atque multo potius eis Romanis placeant qui non litterarum Graecarum periti erant.

v. 77:

dum rore cicadae(pascentur)

Hoc cum loco Theoc. Id. iv. 16 compara:

μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ;

His in locis apparet opinio quam de cicadarum victu tenebant Graeci et Romani. Sed facile concedo nullum indicium hoc esse Vergilium hanc opinionem a Theocrito adeptum esse, quamquam profecto cum eius Idylliis sicut familiarissime viveret. Sed nisi ob hoc credamus Vergilium Theocritum hoc in loco imitatum esse, non confidentius dicendum est Vergilium loci Graeci vestigia secutum esse. Namque exstat ea opinio mira apud alios poetas Graecos quorum scripta haud dubie noscebat poeta Latinus noster. Atque, ut mihi haec dicenti facilius credas, observa quaeso

eum apud Anacreontem locum(xlii. 1):

μακαρίζομέν σε, τέττιξ,
ὅτε δενδρέων ἐπ' ἄκρων
ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς
βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις.

Sed nisi satis magni momenti dicamus esse Vergilio Theocriti Idyllia notissima fuisse, non credere possumus Vergilio in animo hunc apud Theocritum locum imitari. Sed fortasse dicat aliquis : Nonne imitationis indicio sunt ea verba "cicadae" atque "τέττιξ" quae utraque extremam versus partem habeant? Haudquaquam! Namque eandem versus partem apud Anacreontem habet verbum "τέττιξ" . Atque tamen, cum eodem metro utantur et Vergilius et Theocritus, non incredibile est ob verbum "cicadae", quod apud utrumque poetam extremam versus partem habet, Vergilio in animo fuisse eum locum qui apud Theocritum, non apud Anacreontem est. Quodsi eius Vergilius non oblitus, cui primum hanc de cicadis opinionem miram protulit, ita memoriter scripserit, ut mihi verisimile esse videtur, tamen profecto nobis est indicium nullum Vergilium Theocritum imitatum esse, nisi quod in Eclogis nullum alium nisi Theocritum imitatur poeta Latinus noster.

cum apud Anacreontem locum xiii. 1):

Μακάρ[ι]ός μοι σὺ, τέττιξ,
ὅτι δενδρέων ἐπ' ἀκρων
δύζυμον δρόσον πίνων κως
βασιλεὺς ὥστε ἄπαντ' ἀείδεις.

Sed nisi satis magni momenti dicenda esse "Virgilio Theocriti idyllia notissima fuisse, non credere possumus Virgilio in animo fuisse apud Theocritum locum imitari. Sed fortasse dicet aliquis : Nonne imitationis indicio sunt ea verba "cicadae" atque "τέττιγες" quae utrique[3] externam vocem pertem habeant? Eandemque! Eamque eandem vocem apud Anacreontem habet verbum "τέττιξ" . Atque tamen, cum eodem metro utantur et Virgilius et Theocritus, non incredibile est ob verbum "cicadae", quod apud utrumque poetam externam vocem partem habet, Virgilio in animo fuisse eum locum qui apud Theocritum, non apud Anacreontem est. Quodsi etiam Virgilius non obstitit, ut primum hanc de cicadis opinionem mirum profecto, ita demonstrari scripserit, et mihi verisimile esse videtur, tamen profecto nobis est indicium nullum Virgilium Theocritum imitatum esse, nisi quod in Tolosis nullum alium nisi Theocritum imitatur poeta Latinus noster.

Sed non possum negare eos locos duos qui iam comparantur adeo breves esse ut haud facile sit de eis certa dicere.

v. 79:

MO. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?
Nam neque me tantum venientes sibilus austri
nec percussa iuvant fluctu tam litora, nec quae
saxosas inter decurrunt flūmina valles.

His cum versibus Theoc. Id. i. 7 seq. comparare te licet:

cf. Ἄδιον ὦ ποιμὴν τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ κατακλὺς
τᾶν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὄφθεν ὕδωρ.

In poemate Graeco Thyrsidis artem musicam laudans dicit Aipolos eum a nullo nisi a Musis superari. Latino in loco etiam est eadem notio: Namque Menalcae artem musicam adeo admiratur Mopsus ut eum locum dicat quem ad comparandum supra protulimus. Sed iam ipsos locos diligenter contemplemur. (1) Comparatione utitur uterque poeta qua eius qui appellatur augeatur ars musica: (2) Sed tamen, hoc neglecto, non simillimi sunt hi loci. Namque quamquam facit Theocritus ut de arte musica comparatione una utatur is qui loqui-

tur, contra tamen de tribus rebus comparatione utens dicit Vergilius: (1) "Venientes sibilus austri": (2) "Percussi ---fluctu---litora": (3) "Saxosas inter decurrunt flumina valles". Atque verborum similitudinem nullam habent loci nostri nisi quod dicit uterque poeta eius cantus quem canit pastor effectum similem esse sonui aquae. Sed quamquam non ob haec nos oportet vehementer dicere Vergilium Theocritum imitatum esse, tamen mihi videtur Vergilius paene eandem notionem proponere quam Theocritus. Sed non negari potest Vergilium artem maiorem poeticam exhibuisse quam Theocritum. Namque nonne maiorem vim et varietatem habent "venti sibili", "fluctus percussi", "flumina quae inter valles saxosas decurrunt", quam ea "aqua fluens" de qua dicit poeta Graecus noster? Profecto! Sed facile concedo apud Vergilium pastorem multo potius dicere quem ad modum ei qui doctissimi sunt quam pastores rustici; atque haud dubium est Vergilium, ob linguam politam qua utitur, exhibuisse pastorem non verum sed falsum.

Ecloga vi.

Hac in Ecloga nulla Theocriti vestigia inveni, quam ob rem mihi videtur hanc unam esse Eclogarum omnium quam omisso poeta Graeco nostro composuit Vergilius.

Ecloga vii.

---

v.1 seq:

M. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum,
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas,
ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,
et cantare pares et respondere parati.

His cum versibus Theoc. Id. vi. 1 seq. te comparare velim:

Δαμοίτας χὠ Δάφνις ὁ βουκόλος εἰς ἕνα χῶρον
τὰν ἀγέλαν ποκ' Ἄρατε συνάγαγον· ἦς δ' ὁ μὲν αὐ-
πυρρός, ὁ δ' ἠιγένειος· ἐπὶ κράνα δείτ' ἀμφω
ἑξόμενοι θέρεος μέσῳ ἄματι τοιάδ' ἄειδον.

Apud utrumque poetam apparet Daphnis: atque praeterea inter se canendo contendunt duo pastores quos Theocritus "Damoetam" et "Daphnidem", Vergilius "Cor-

ydonem" et "Thyrsidem" nominat. Sed apud Vergilium appa-
ret pastorum contendentium iudex Daphnis. Atque prae-
terea de Meliboeo dicit Vergilius qui casu praeter-
iens ad verba Daphnidis invitantis resistit ut pasto-
res contendentes audiat. Itaque indicio est hoc Ver-
gilio in animo fuisse Theocriti Idyllium sextum, cum
de nonnullis eisdem dicat uterque scriptor; sed ne cel-
erius de imitatione iudicemus, hos locos quos protu-
limus diligentissime contemplemur; atque nobis loci
Latini versum secundum cum primo loci Graeci versu
comparantibus apparent haec: (1) Dicit uterque poeta
pastores greges compulisse("Compulerant"-------
"συνάγαγον") atque "compulerant" nihil aliud est
nisi verbum "συνάγαγον" ad litteram conversum:
(Dicit uterque poeta pastores greges in unum compul-
isse ("in unum"---- "εἰς ἕνα χῶρον"), atque a-
pud utrumque scriptorem observamus casum accusativum
qui movendi finis est; sed imitationis etiam maius
indicium hoc est, scilicet, has voces duas eandem ver-
sus partem metro aestimandam habere.

Atque deinde, omisso loci Latini primo ver-
su, in tertio utriusque loci versu dicit poeta de ae-
tate eorum qui inter se contendunt. Namque dicit The-

ocritus alterum "πυρρος", alterum "ἡμιγύνιος" esse. Sed cum non haec verba in Latinum convertat Vergilius, non aptum est confidentius nos dicere Vergilio in animo Theocritum hic imitatum esse: sed tamen ei curae esse videtur de eorum aetate dicere("ambo florentes aetatibus"), atque quemad modum apud Theocritum sic similiter apud Vergilium primam versus partem habent haec dicta. Itaque, cum imitatus esse Theocritum videatur Vergilius in ea poematis parte quae ante eum locum est quem ad comparandum iam protulimus, credibile est etiam Vergilio in animo dicta fuisse quibus de pastorum aetate utitur Theocritus.

Aliquanto inter se differunt poetae nostri de eo loco quo contenderunt pastores. Namque dicit Vergilius (vide versum primum) "sub ilice arguta" eos contendisse, sed contra dicit Theocritus eos qui contenderint "ἐπὶ Κρίθον" consedisse. Sed in Eclogae septimae versu undecim etiam de bobus bibentibus dicit poeta Latinus. Quae ob omnia mihi videtur Vergilio in animo fuisse locum Graecum diligentissime imitari, quamquam, quod saepe iam dixi, Latino poetae placebat de nonnullis vero parvis a Theocrito differre.

Credibile est Vergilio hunc locum componenti etiam Idyllii octavi partem primam in animo fuisse: haec dicit Theocritus:

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολίωντι
μᾶλα νέμων, ὡς φαντί, κατ' ὤρεα πακρὰ Μαιάλκας.
ἄμφω τὼγ' ἤστην πυρροτρίχω, ἄμφω ἀνάβω,
ἄμφω συρίσδην δεδαημένω, ἄμφω ἀοιδάν.

Si Idyllium octavum totum cum Vergili Ecloga septima tota comparemus, has partes esse videmus: (1) Apud utrumque poetam fit mentio de pastoribus duobus qui inter se canendo contendunt: (2) Utroque in poemate apparet Daphnis : apud Theocritum vero eorum qui canunt alter, apud Vergilium canendi iudex. Sed te observare etiam volo apud Theocritum alterum bubulcum, alterum pastorem esse; sed contra apud poetam Latinum alterum(Thyrsidem) oves, alterum(Corydonem) capellas colere.

Atque iam operae pretium est ipsos locos contemplari qui comparantur: (1) Latini loci omisso versu primo quo sicut praefatione utitur Vergilius, apud utrumque poetam fit mentio de pastoribus duobus qui convenerunt ("Compulerant---in unum": "Δάφνις... συνήντετο... Μαιάλκας"): (2) Deinde de

pastorum aetate apud utrumque poetam fit mentio, atque tamquam in Idyllio sexto observamus utrumque pastorem paene adultum esse ("πυρροτρίχω ... ἀνάβω"): sed contra dicit Vergilius utrumque pastorem aetate florere("florentes aetatibus"). Quodsi de his apte dixerimus cum Eclogam vii. 1 seq. compararemus, profecto aptum etiam iam est idem argumentum, atque aeque credibile est, ut mihi videtur, Vergilio primam Eclogae septimae partem scribenti primam Theocriti partem non modo Idyllii sexti sed etiam Idyllii octavi in animo fuisse.

Atque postremo de pastorum contendentium arte dicit uterque scriptor atque verbo "ambo" utitur. Atque praeterea apud utrumque poetam post "ambo" apparet verbum infinitum("cantare"----"συρίσδειν"), atque post infinitum apparet id verbum (" pares"----"ἐξισαρίθμω"), quo de pastorum arte musica utitur poeta. Operae pretium quidem te observare in utroque loco verba infinita duo esse. Quae ob omnia, quamquam facile concedo non ad litteram ex Graeco in Latinum conversum esse, tamen mihi credibile esse videtur Vergilio in animo locum apud Theocritum fuisse. Namque paene eodem ordine utitur uterque poeta, cum primum de gregibus compulsis, deinde de pastorum aetate, postremo de eorum arte mu-

sica dicat.

v. 7:

vir gregis ipse caper.

Hoc cum loco Theoc. Id. viii. 49 te comparare velim:

ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ.

Non incredibile est Vergilio in animo fuisse hunc locum Graecum imitari, cum simillima verbis "τράγε,... αἰγῶν ἄνερ" sunt ea latina verba "vir gregis ----caper". Sed non negare possum difficilius esse apte de imitatione iudicare, cum brevissimus sit uterque locus. Sed tamen cum non modo multis in locis Theocritum imitetur Vergilius, sed etiam apud utrumque poetam [illegible] ea vox quam protulimus, mihi non incredibile esse videtur Vergilio in animo fuisse diligenter Theocritum imitari.

v.11:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

Hoc cum versu Theoc. Id. xi. 12 seq. te comparare licet:

πολλάκι τᾶι ὄϊες ποτὶ τὠὐλίον ὤτᾶι ἀπῆνθον

χλωρᾶς ἐκ βοτάνας.

Dicit uterque poeta animalia, nullo compellente, processura esse in eum locum quo ea futura esse velint pastores, atque praeterea eius vocis "χλωρᾶς ἐκ βοτάνας" significationem apte a Vergilio exhiberi in verbis "per prata". Sed profecto non satis indicii in his futurum sit Vergilio in animo fuisse diligenter locum Graecum imitari, nisi saepissime iam Vergilium vidissemus adeo Theocritum admirantem, ut ad litteram in Latinum locos Graecos plurimos converterit. Itaque non admirandum est, minimo indicio freti dicamus imitationem Vergilium exhibuisse. Sed ut diligentius de his locis iudicemus quos iam contemplamur, observandum est apud Theocritum Polyphemum Cyclopem apparare, qui perdite Calateam pulchram amare videtur. Quam ob rem non mirum est Polyphemum omnino oves neglexisse, ut frequenter nullo compellente domum redierint.

Atque iam te velim observare quae in prima Eclogae septimae parte dicat Vergilius: Facile concedo non hic apparere quemquam qui ob amorem amens est. Sed momenti nullius est hoc nobis qui quaerimus utrum hunc locum imitatus sit Vergilius. Namque saepe Vergilium vidimus ex Theocrito multis variisque acceptis

adeo ea mutavisse ut paene nova esse videantur, quam ob rem apte, ut mihi videtur, dicunt docti recentes Vergilium haec facientem multo potius , ut ita dicam, creatorem quam imitatorem esse videri.

Itaque quam ob rem dicturus sit is qui primam Eclogae septimae partem contemplatur Vergilium Theocritum imitatum esse? In versu vi seq. dicit Meliboeus dum adversum frigora myrtum protegere ipse conaretur, caprum a grege aberravisse atque se eum petentem in ilicem ivisse, sub qua considens Daphnis diceret malum nullum caprum passum esse atque obsecraret eum ut in umbra quiesceret, atque ad animum erigendum diceret illuc eius iuvencos per prata potum venturos esse.

Itaque haud dubium est ab et Polyphemo et Meliboeo pecus ire permitti quo velit. Quam ob causam apte de Meliboeo dicit Vergilius quae de Polyphemi ovibus dicit Theocritus. Quam ob rem, ut mihi videtur, Vergilio in animo fuit diligenter Theocritum imitari. Atque quoniam animo a Polyphemo valde differt Meliboeus, mihi videtur Vergilius artem multam exhibuisse, cum quae de Polyphemo dicit poeta Graecus adeo mutet , ut aptissima Meliboeo sint. Postremo fortasse neget nullus talem mutationem indicio artis poeticae optimae

esse, cum hoc facere possint vero pauci poetae.

v. 35 seq:

at tu,
si fetura gregem supplevit, aureus esto.

Hoc cum loco Theoc. Id. x. 32-33 te comparare licet:

Αἴθέ μοι ἦς, ὅσσα Κροῖσον ποκα φασὶ πεπᾶσθαι,
Χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ.

Apud utrumque poetam canentes inter se contendunt pastores duo; sed apud Vergilium Priapum nomine affatur Thyrsis haec primum dicens:
"Linum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
expectare sat est: custos es pauperis hâsti":
Atque deinde dicit Thyrsis:
" Nunc te marmoreum pro tempore fecimus": Post quae apparet is locus quem ad comparandum protulimus. Itaque eum videmus qui cognitum dicere se pauperem esse sed Priapo deo talia dona donavisse qualia potuerit atque alia et maiora laete donaturum esse, si ita facere possit.

Atque iam quid apud Graecum poetam videmus?

Dicit Battus se Bombycam puellam perdite amare, atque ut facilius credatur, haec dicit:

Ἄ δὶξ τὰν Κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,
ἀγέραος τώροτρον, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὰν μεμάκημαι.

Atque deinde a poeta dicitur is locus qui ad comparandum prolatus est.

Atque iam utrumque qui loquitur videmus vehementer de fide dicere. Namque dicit Thyrsis se non posse dona meliora donare, quae etiam eadem dicit Battus: atque praeterea dicit Thyrsis se meliora deo donaturum esse si sibi augescant res familiares, atque similiter asseverat Battus Venerem deam se culturum esse. Quae ob omnia mihi videtur Vergilio versum 35 seq. scribenti in animo fuisse Theoc. Id. x. 32-33. Quod si verum sit, ut saepe iam dixi, hoc in loco quem ad modum aliis in locis profecto conatus est Vergilius non ad litteram ex Graeco in Latinum convertere, sed multo potius adeo verba atque sententias mutare ut creator, ut ita dicam, non imitator esse visus sit. Namque profecto imitationis indicium solum est id verbum "aureus" ("χρύσεοι"). Atque etiam observandum est utrumque poetam postremo de donis melioribus, primum de condicione dicere ex qua donabuntur ea dona. Sed quamquam facile concedo hoc non certum imitationis

indicium esse, non tamen incredibile est Vergilium ita scripsisse cum hunc Graecum locum admiratus sit.

Crēdibile etiam est Vergilio Eclogam vii. 35-36 componenti fuisse in animo Theoc. Id. xvii. 124, quo in Idyllio Egypti regem laudat Theocritus Ptolemaium Philadelphum qui multo patrem matremque coluerit, quibus statuas dedicaverit quae pulcherrimae ob aureum atque ebur fuerunt:

μητρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵστατο ναούς·
ἐν δ' αὐτοὺς χρυσῷ περικαλλέας ἠδ' ἐλέφαντι
ἵδρυται πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγούς.

Sed non certum imitationis indicium est hic locus, sed fortasse hoc loco et Theocriti Idyllio x. 32-33 affectus Vergilius fecerit ut de paupertate dicat Thyrsis qui Priapum donis melioribus(i.e. statua aurea) colere vult. Sed Theoc. Id. xvii. 124 seq. non Theocriti esse dicunt docti aliqui, cum omnino dissimilis locus hic est ceteris poematis, quorum doctorum non tamen ad probandum firmum est hoc argumentum; atque licet te observare hoc Idyllium ab Ludolfo Ahrens inter certa Theocriti Idyllia poni(vide "Bucolicorum Graecorum Theocriti Bionis Moschi Reliquiae accedentibus incertorum Idylliis, 1903"): atque eandem opinionem colunt docti plurimi. Quodsi ei docti qui de arte poetica I-

dyllii xvii inferiori mentionem faciunt, quam alius auctoris argumentum proferunt, meminerint Theocritum Id. xvii scripsisse ut Ptolemaio Philadelpho placuerit, non profecto talem artem poeticam admiraturi sint. Namque non de eis scribebat Theocritus quae sibi maxime placebant, sed multo potius ut adulatione regem potentem conciliaverit. Itaque non omnino incredibile fortasse Vergilio Ec. vii. 35 seq. scribenti in animo fuisse Theocriti Id. xvii. 124, quamquam concedo poetae Latino multo potius Theocriti poemata bucolica placuisse.

v. 37 seq:

C. Nerine Galatea, Thymo mihi dulcior Hyblae,
candidior cucnis, edera formonsior alba.

Hoc cum loco Theoc. Id. xi. 19 seq. te comparare licet:

Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ
λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῦν, ἁπαλωτέρα ἀρνός,

Primum observandum est de versu 20 suspicionem esse, quam ob rem ad imam paginam hunc ponit Ahrens. Quodsi concedatur hunc genuinum esse, momenti nonnulli nobis est. Saepe iam vidimus Vergilio placuisse aut ad litteram locos Graecos in Latinum convertere aut eorum non verba sed significationem accipere, cuius rei apparet

hoc in loco aliud indicium. Operae pretium est eas comparationes etiam observare quibus de Galateae pulchritudine utitur Polyphemus aptissimas esse Idyllio xi quod ad pastores maxime pertinet. Namque Galateae colorem niveum cum casea nivea, cutem teneram cum agna tenera comparat Polyphemus. Atque nihil melius aut suae naturae aptissimum potuisset dicere Cyclops rudis.

Operae pretium futurum sit omnes huius loci imitationes contemplari quae apud alios poetas et antiquos et recentes apparent; atque quamquam non nego non aptissimum esse hoc facere, tamen fortasse liceat me sine offensione breviter de nonnullis dicere, cum ita melius cognoscamus quae Vergilio maxime placeant atque quomodo aut alios poetas arte poetica superet ipse aut ab eis superetur. Atque primum contemplanda est ea imitatio quae perabsurda apud Ovidium, Met. xiii. 789 seq. apparet:

Candidior folio nivei, Galatea, ligustri,
Floridior pratis, longa procerior alno,
Splendidior vitro, tenero lascivior haedo,
Levior assiduo detritis aequore conchis,
Solibus hibernis, aestiva gratior umbra,
Nobilior palma ac platano conspectior alta,

Lucidior glacie, matura dulcior uva
Mollior et cygni plumis et lacte coacto,
Et, si non fugias, riguo formosior horto.

Hoc in loco adiectivis duodecim utitur Ovidius, tamquam aliter non apte de Galateae pulchritudine dictum sit! Sed profecto adeo ridicula est haec descriptio ut satietatem ei pareat qui poema legit. Quodsi ab aliquo qui dubitet utrum Theocritum imitatus sit Ovidius diligentius his de poematis duobus quaeratur, facile persuadebitur plurimum hic imitationis esse.

Aliquo in loco fortasse etiam Theocritum imitans dicit Catullus:

Puella tenellulo
Delicatior haedo.

Multo melius dictum quam ab Vergilio! Sed Catullum superat etiam Martialis haec de Erotione dicens:

Puella senibus dulcior mihi cygnis,
Agna Galaesi mollior Phalantini,
Concha Lucrini delicatior stagni.

Atque praeterea hunc Theocriti locum admirati sunt etiam recentes poetae. Namque te observare licet eos versus profecto notos qui in " Cis and Galatea" a poeta Gay scripti sunt, de quibus artem musicam exhibuit

Händel:

O ruddier than the cherry,

O sweeter that the berry,

O nymph more bright than moonshine night,

Than kidlings blithe and merry!

Sed iam ut melius de Vergilio huius Graeci loci imitatore iudicemus, haec quaeso observemus: (1) Apud utrumque poetam apparet verbum "Galatea", quod eandem versus partem habet: (2) Tribus adiectivis utitur uterque poeta, ut apte de Galateae pulchritudine dicat(" dulcior, candidior, formosior": "λευκά, λευκοτέρα, ἁπαλωτέρα "). Sed etiam nonnulla aliter quam Theocritus dicit Vergilius:(1) Verbo "Nerine" utens de Galateae maioribus dicit Vergilius, quorum Theocrito est cura nulla, sed contra pro verbo "Nerine", adiectivo"λευκά" utitur Theocritus qui puellae pulchritudinem, non maiores omnino contemplatur. Quam ob rem non inaptum fortasse sit quaerere utrum hoc in loco aeque ac aliis in locis merito reprehendendus sit Vergilius, cum pastores non veros sed falsos exhibuerit: (2) Mihi videtur Vergilius Theocriti comparationes despexisse, cum omnino eas mutaverit. Sed non possum concedere id indicio artis melioris poeticae esse. Namque

profecto numquam dicturus sit pastor rudis quem ad modum apud Vergilius dicit Polyphemus. Itaque non, ut mihi videtur, ex natura dicit poeta Latinus.

v. 45 seq:

C. Mucosi fontes et somno mollior herba,
et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra
solstitium pecori defendite.

Hoc cum loco Theoc. Id. v. 50 seq. te comparare licet:

Ἦ μὰν ἰρακίδας τε καὶ εὐρία τεῖδε πίτνεις,
αἴκ' ἔνθης, ὕπνῳ μαλακώτερα.

Imitationis optimum hoc in Latino loco indicium est ea vox "Somno mollior", quae nihil aliud est nisi vox "ὕπνῳ μαλακώτερα" quae ad litteram conversa est. Atque quamquam aliter non de eisdem dicit Vergilius quae Theocrito placent, tamen huius vocis solius pulchritudinem despicere non potest Vergilius; atque haud dubium est Vergilio in animo fuisse hanc vocem imitari, cum non modo eodem verborum ordine utatur uterque poeta, sed etiam eorum qui dicunt uterque his verbis non multo post verborum incipium utatur.

v. 51 seq:

hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas.
Hoc cum loco Theoc. Id. ix. 12 seq. te comparare velim:

τῷ δὲ θέρεος φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω,
ὅσσον ἐρῶν τι πατρὸς μύθων καὶ ματρὸς ἀκούει.

Apud utrumque poetam canendo inter se contendunt pastores duo, atque ei versus quos ad comparandum protulimus eius qui dicit extrema vox sunt: atque deinde comparatione utitur uterque poeta quae per versus duos praefertur: atque tum apud utrumque scriptorem prima comparationis pars ad gaudium pertinet quod ab anni tempore fit. Sed, ut saepe iam vidimus, aliqua mutat Vergilius sine dubio ne Theocriti vestigia omnino secutus esse videatur. Namque quamquam de anni tempore dicit uterque poeta, tamen Vergilio non de aestate sed hieme("Boreae") dicere placet. Quodsi crediderit Vergilius se melius dicere quam Theocritum cetero in loco, profecto se decepit. Namque quomodo quaeso potest ea vox "Quantum aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas" adaequare eam Theocriti vocem "ὅσσον ἐρῶν τι πατρὸς μύθων καὶ ματρὸς ἀκούει?"

Haudquaquam potest! Namque profecto non tantam significationem habet "fluminum torrentium vis", quantam "patris matrisque amor". Nonne vera dico?

Atque deinde operae pretium est observare Theocritum, vv. 20-21, vocibus utentem quae etiam multo similiores Eclogae vii. 51-52 sunt, quam est is locus Graecus de quo supra diximus. Namque de "hieme", non "aestate" dicit. Quam ob rem mihi videtur Vergilio Eclogam vii. 51-52 componenti Theocriti Idyllium ix. 20-21 curae maioris fuisse quam Theocriti Idyllium ix. 12-13. Sed estne momenti multi hoc? Profecto! Sed ut facilius concedas hoc verum esse, Eclogam vii. 45-48 diligenter contemplemur, per quem locum omnem de aestate dicit Vergilius: "Mucosi fontes: somno mollior herba: viridis tegit arbutus umbra: solstitium pecori defendite: iam lento turgent in palmite gemmae"). Sed iam quid necesse est contra Corydonem eius rivalem dicere? Ex certaminis bucolici more licebat eum ea dicere quae omnino contraria erant, quod vero facit Thyrsis ("Hic focus et taedae pingues: hic plurimus ignis semper et, adsidua postes fuligine nigri"), quae omnia sine dubio ad hiemem, non ad aestatem pertinent. Quibus de omnibus quid iudicemus? Nonne facit Vergilius ut dicant Corydon et Thyrsis quem ad modum Daphnis et

Menalcas? Mihi profecto videtur Vergilio Theocriti Idyllium xi. notissimum fuisse, atque si imitationem concedas hic apparere, necesse est etiam concedere eam non imperiti sed multo potius peritissimi poetae opus esse, qui creator, ut ita dicam, non imitator est.

v. 53 seq:

C. Stant rt iuniperi et castaneae hirsutae:
Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma;
omnia nunc rident: at si formonsus Alexis
montibus his abeat, videas et flumina sicca.

T. Aret ager; vitio moriens sitit aëris herba;
Liber pampineas invidit collibus umbras:
Phyllidis adventu nostrae nemus omne virebit,
Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri.

His cum versibus Theoc. Id. viii. 40 seq. te comparare quaeso:

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ἔνθ' οἷς, ἔνθ' αἶγες δισυμάτοκοι, ἔνθα μέλισσαι
στάχυα πληροῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι,
ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποτί· αἰ δ' ἀφίκῃ,
κἀν ποιμὴν ξηρὸς τηνόθι καὶ βοτάνα.

ΔΑΦΝΙΣ

Πάντᾳ ἔαρ, πάντᾳ δὲ νομοί, πάντᾳ δὲ γάλακτος
οὔθατα πεφύκασιν, καὶ τὰ νέα τρέφεται,
ὥρα καλὰ Ναΐς ἐπανίστεται· αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ τὰς βῶς βόσκων χαὶ βόες αὐότεραι.

Utriusque poematis versus octo protuli, ut ea de quibus dicam facilius comprehendantur. Atque quamquam non nego Vergilium non verborum Graecorum vestigia secutum esse, tamen mihi videtur Vergilius a Theocrito multum affectus esse. Namque haec observa: (1) Apud utrumque poetam versus quattuor dicit uterque qui loquitur: (2) De eis quae ad aestatem pertinent dicunt et Corydon et Menalcas: (3) De rerum eodem numero dicunt et Corydon et Menalcas("Iuniperi: castaneae: poma: Omnia--------- οἷς : αἶγες : μέλισσαι : δρύες"): (4) Paene eandem metro aestimandam partem apud utrumque poetam habent hae voces: (5) Post has voces apud utrumque poetam apparet sententia quae metum exhibet, si abeat is qui maxime deligitur: (6) Dicit uterque qui loquitur hunc formonsum esse("Καλὸς Μίλων" -----"formonsus esse"): (7) In utraque voce post nomen apparet adiectivus: (8) Apud utrumque poetam prima extremae sententiae verba sunt "At si"("At

ΔΑΦΝΙΣ

si" -------"ἰὼ δ'"): (9) "Abeat" nihil aliud profecto est nisi verbum "ἀφέρπῃ" quod ad litteram conversum est.

Sed quamquam facile concedo de nonnullis Vergilium aliquanto a Theocrito differre, non tamen dubium est, me iudice, Vergilio in animo fuisse diligenter Theocritum imitari: atque artem multam hic sine dubio exhibet Vergilius, quam habet nullus nisi is qui poeta peritissimus est.

v. 61:

C. Populus Alcidae gratissima.

Hac cum voce Theoc. Id. ii. 121 te comparare velim: λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἄγρος.

Quid his de locis observandum est? Haec profecto: (1) De populo quae Alcidae Gratissima est dicit uterque poeta. Sed non nego hoc non satis indicare utrum Vergilio in animo fuerit Theocritum imitari: (2) Paene eandem versus partem habet utraque vox: (3) Apud utrumque scriptorem primum verbum "populus" est ("Populus"------"λεύκαν"), post quod apparet verbum quod ad Herculem pertinet("alcidae" ------"Ἡρακλέος"), post quod est adiectivus ("gratissima"

----"ἱερόν"). Quas ob res haud dubium est, ut mihi videtur, Vergilio in animo fuisse diligentissime Theocritum imitari.

v. 65 seq:

T. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
populus in fluviis, abies in montibus altis:
Saepius at si me, Lycida formonse, revisas,
fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.

His cum versibus Theoc. Id. xviii. 29 seq. te comparare licet:

πεύρᾳ μέγα λᾶον ἀέξομαι κόσμος ἀρούρᾳ
ἢ κάπῳ κυπάρισσος ἢ ἅρμασι Θεσσαλὶς ἵππος·
ὣδε καὶ ἁ ροδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.

Haec te observare licet: (1) Apud utrumque poetam de pulchritudine dicitur eius qui maxime colitur: (2) De arborum generibus quattuor dicit Vergilius, ut momenti maioris fiat Lycidae pulchritudo: atque similiter, ut melius comprehendatur pulchritudo mira, apud Theocritum dicitur de satorum magnorum pulchritudine quae in solo fertili florent, de cupresso quae in horto est, de equo Thessalio qui ad currum iungitur.

Sed quamquam non nego talia non imitationis satis indicii esse, tamen saepe iam vidimus Vergilium

magna cum arte locos Graecos mutavisse, ut paene videatur ipse eos primum scripsisse. Atque si imitationis aliud atque etiam melius indicium habere velis, te observare licet utrumque poetam eis in locis quos iam comparamus de arbore dicere quae in horto est. Atque non profecto momenti magni est Vergilium de pino, de cupresso Theocritum dicere, cum saepe iam viderimus talem imitationem Vergilio maxime placere.

Ecloga viii

Hac in Ecloga Vergilium locis multis variisque affectum videmus, qui in Idyllio primo, tertio, undecimo apparent Damonis cantum, secundo affectum Idyllio Alphesiboei cantum composuisse.

De Nisa quae perdite sed frustra a pastore amatur in prima huius Eclogae parte (vv. 17-61) dicit Damon: in secunda parte dicit Alphesiboeus de dolore quem exhibet pastor femina quae a Daphnide relicta est, atque de arte magica qua utebatur illa ut redire persuasus sit Daphnis.

v. 32 seq:

O digno coniuncta viro, dum despicis omnes,
dumque tibi est odio mea fistula dumque capellas
hirsutumque supercilium promissaque barba,
nec curare deum credis mortalia quemquam.

His cum versibus Theoc. Id . xi. 30 seq. te comparare velim:

Πιτνώσκω Χαρίσσα κόρα, τίνος ὥνεκα φεύγεις·
ὥνεκά μοι λασία μὲν ὀφρῦς ἐπι παντὶ μετώπῳ
ἐξ ὠτὸς τέτατται ποτὶ θὤτερον ὡς μία μακρά,
εἷς δ' ὀφθαλμὸς ὔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει.

Me haec observare velim: (1) Apud utrumque poetam dolorem videmus eius qui Nisam amat, apud Theocritum a Damoeta amatur Galatea: (2) In utroque loco causas dicit pastor ob quas a puella despiciatur: (3) In utroque loco dicit pastor se despici cum hirsutum supercilium habeat ("hirsutum ---supercilium" :"λασία--- ὀφρῦς").

Sed iam te observare licet quomodo locum Grecum mutaverit Vergilius: (1) Primum dicit Vergilius de contemptione quam ad Damonis artem musicam ("mea fistula") colit puella: (2) Dicit Vergilius de puellae

odio ad capellas: (3) Dicit Vergilius de pastoris barba promissa quam aspernatur illa.

Sed contra quid dicit Theocritus? Haec profecto: (1) Facit ut dicat Polyphemus "λασία μὲν ὀφρῦς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ ἐξ ὠτὸς τέτατται ποτὶ θἠτερον ὡς μία μακρά";

(2) De ipsius oculo solo laudem detrectat Polyphemus:

(3) Dolorem manifestat Polyphemus cum simus sit ipse.

Atque iam ob haec dissimilia apud poetas nostros fortasse dicat aliquis imitationem non apparere. Sed profecto necesse est nos semper meminisse Vergilio maxime placuisse multa variaque mutare, ne loci Graeci vestigia sequi visus sit. Sed, quod saepe iam dixi, imitationis satis indicii sit etiam id quod ipsum minimum est. Quam ob rem, me iudice, neglectis eis quae dissimilia sunt, imitationis indicium optimum sunt eae voces "hirsutum ---- supercilium" :"λασία---- ὀφρῦς" ; atque extremum imitationis indicium est et Vergilium et Theocritum ea in parte quam "stanza" appellant Anglici eodem versuum numero usos esse.

v. 37 seq:

Saepibus in nostris parvam te roscida mala

(dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam acceperat annus;
iam fragilis poteram ab terra contingere ramos.
ut vidi ut perii, ut me malus abstulit error.
Hoc cum loco Theoc. Id. xi. 25 seq. te comparare licet:

Ἡράσθην μὲν ἐγώγα τεοῦς κόρα, ἐρίκα πρᾶτον
ἦνθες ἐμᾶ σὺν ματρὶ θέλοισ' ὐακίνθινα φύλλα
ἐξ ὄρεος δρέψασθαι, ἐγὼ δ' ὁδὸν ἀγεμόνευον.
πάσασθαι δ' ἐστιών τυ καὶ ὕστερον οὐδ' ἔτι πᾶ νῦν
ἐκ τήνω δύναμαι· τὶν δ' οὐ μέλει, οὐ μὰ Δί' οὐδέν.

Quas ob causas dico Vergilium hunc locum Graecum imitatum esse? (1) Apud utrumque poetam versus quinque habet ea pars quae Anglice "stanza" appellatur: (2) Haec dicit uterque scriptor: (a) Puellam cum matre fuisse: (b) Eas aliquid petivisse: (c) Eum qui loquitur feminis ducem fuisse: (d) Eum qui loquitur perdite puellam et tunc et postea amavisse.

Sed non nego aliquanto aliter Vergilium scripsisse: Namque --(1) Dicit Vergilius eum in horto puellae obviam processisse quo mala legerent puella atque eius mater: sed contra dicit Theocritus eum ducem fuisse eis in montem procedentibus ut hyacinthos legerint:

(2) Quamquam apud Vergilium dicit Damon se tum annos undecim natum vix potuisse ab terra ramos contingere, tamen non pueri aetatem indicat Theocritus: sed fortasse non multo erremus, si dicamus eam vocem "ἐκ τήνω" etiam ad pueritiam pertinere. Sine dubio Theocritum imitatur Vergilius.

Atque profecto multo maiorem artem poeticam hic exhibet Vergilius quam Theocritus, si de ipsarum vocum sententiarumque pulchritudine iudicemus. Sed non ita de arte poetica iudicandum est, sed multo potius ex hoc, scilicet, utrum ex natura dicat pastor. Itaque nonne multo aptius dicit Theocritus quam Vergilius? Haud dubie! Namque apud Vergilium saepe videntur pastores non rustici, sed urbani esse qui dicunt quem ad modum opulenti et docti.

v. 43 seq:

Nunc scio, quid sit Amor. duris in cotibus illum
aut Tmaros aut Rhodope aut extremi Garamantes
nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.

Saevos Amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus, crudelis! tu quoque, mater,

crudelis mater, magis at puer improbus ille.
His cum versibus Theoc. Id. iii. 15 seq. te comparare quaeso:

Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦρα λεαίνας
μαζὸν ἐθήλαξε, φυμῷ τέ νιν ἔτραφε μάτηρ,
ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.

Quas ob causas mihi hic videtur Vergilius Theocritum imitatum esse? (1) Apud utrumque poetam ea pars quae Anglice "stanza" appellatur versus tres habet: (2) "Nunc---Amor" nihil aliud est nisi ea vox "Νῦν... Ἔρωτα" quae ad litteram conversa est, quae voces primam versuum partem habent: (3) Vergilium hoc in loco ut aliis in locis observamus aliqua mutavisse, quae mutationes tamen non mihi indicio esse videntur Vergilium non Theocritum imitatum esse, sed potius meam de imitatione opinionem confirmare: (4) Dicit uterque poeta Amorem crudelem esse cum matris suae naturam habeat.

Quae ob omnia, ut mihi videtur, Vergilio in animo erat Theocritum diligenter imitari.

v. 51 seq:

Nunc et ovis ultro fugiat lupus, aurea duras

A

mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
pinguia corticibus sudent electra myricae,
certent et cycnis ululae, sit Tityrus Orpheus,
Orphëus in silvis, inter delphinas Arion.

His cum versibus Theoc. Id. i. 132 seq. te comparare licet:

Νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·
πάντα δ' ἐναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνίκα,
Δάφνις ἐπὶ θρύοκσι, καὶ τὰς κύνας ὤλαφος ἔλκοι,
κὴξ ὀρθῶν τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

Quae imitationis indicia hic videmus? (1) Apud utrumque poetam ea pars quae Anglice "stanza" appellatur versus quinque habet: (2) Apud utrumque scriptorem is locus quem protulimus verbum extremum est pastoris qui ob amorem vanum maxime dolet: (3) Vult uterque pastor mutatis omnibus naturam aliter quam ex more procedere: (4) Apud utrumque poetam apparet versus intercalaris ("Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus":

Ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς

"Desine Maenalios, iam desine, tibia, versus": Λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι ἴτε λήγετ' ἀοιδᾶς"):

(5) Apud utrumque poetam ab eisdem verbis incipium fit ("Nunc et" :"Νῦν δ'"): (6) Apud utrumque poetam vult pastor quasdam fruges non ex natura ferri: (7) Dicit uterque scriptor ob timidorum animalium terrorem acria fugire ("ovis --- fugiat lupus" :"τὰς κύνας ὠλαφος ἔλκοι"): (8) Dicit uterque poeta quasdam aves cum melioribus audere contendere ("Certent et cycnis ululae" :"τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο").

Haec ob omnia imitationis videntur petenda esse nulla meliora indicia!

v. 59 seq:

praeceps aërii specula de montis in undas
deferar; extremum hos munus morientis habeto.

Cum hoc Theoc. I d. iii. 25 seq. te comparare licet:

Πὰν βαίταν ἀποδὺς εἰς κύματα τηνῶ ἑλεῦμαι,
ὥπερ τὼς θύννως σκοπάξεται ὅλπις ὁ γριπεύς.
κἀικα μὴ ποθάνω - τό γε μὰν τεὸν ἄδυ τέτυκται.

Haec imitationis indicia te observare velim: (1) In utroque poemate dicit is qui loquitur puellam frustra amari: (2) Dicit uterque amans se de montis

specula in undas salientem sibi mortem consciturum esse("praeceps aërii specula de montis in undas deferar": "εἰς θύννως σκοπάζεται ὄλπις ὁ γρίπως"): (3) Loquuntur postremo inconsiderate amantes, tamquam fortasse ita puellae animum affecerint.

Quae omnia indicio optimo sunt Vergilio in animo fuisse Theocritum paene ad litteram convertere:

v. 61:

desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.

Hoc cum loco Theoc. Id. i. 127, 131, 143 compara:

λήγετε βουκολικαὶ Μοῖσαι ἴτε λήγετ' ἀοιδαί.

Quae imitationis indicia hic apparent? Haec sine dubio: (1) Intercalaris est uterque versus: (2) Nihil aliud est Latinus versus nisi Graecus qui paene ad litteram conversus est: (3) Adiectivorum "Maenalios" (i.e. Arcadia quae pastoribus aptissima erat regio) et "βουκολικαὶ" eadem est significatio: (4) Verbo "iam" utens fideliter verbum "ἴτε" convertit Vergilius: (5) Loci Graeci primum verbum iterum post caesuram bucolicam apparet, quae repetitio non tamen post sed ante caesuram bucolicam apud Vergilium exstat: (6) Nomen "versus" nihil aliud est nisi nomen "ἀοιδαί".

Itaque sine dubio Vergilio in animo fuit Theocritum diligenter imitari.

v. 64 seq:

Hoc cum loco simile malum carmen te comparare licet quod apud Theoc. Id. ii. 16 seq. apparet. Quos locos non fortasse aptum est hic proferre, cum longissimi sint. Sed quid dico Vergilium hic Theocritum imitatum esse? (1) Simillimi sunt versus intercalares

"Ducite ab urbe domum, Mea carmina, ducite Daphnim":

"ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα."

A Theocrito aliquanto differt Vergilius, cum hic "mea carmina", ille "ἴυγξ" appellat: atque deinde "ab urbe" dicit Vergilius, quam vocem omittit poeta Graecus: atque tum Vergilius "Daphnis", Theocritus "τῆνον ἐμὸν ..... τὸν ἄνδρα" dicit. Sed aliter profecto concedendum est Vergili versum intercalarem nihil aliud esse nisi Theocriti versum intercalarem qui paene ad litteram conversus est: (2) Atque iam Verg. Ec. viii. 83 cum Theoc. Id. ii. 28 te comparare velim:

"Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum."

Δέλφις ἔμ' ἀτίζοισι· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
ἀΐθω.

Haec imitationis indicia hic videmus: (a)Eandem versus partem atque verborum consecutionem habent nomina Daphnis et Δέλφις :(b) In utroque loco apparet pronomen "ego", quod paene eandem versus partem habet: (c) Eundem casum, eandem verborum consecutionem, eandem versus partem habent verba "laureum" et "δάφναν"

: Itaque haud dubie hoc in loco Theocritum imitatus est Vergilius: (3) Videtur Vergilio Eclogam viii. 84 componenti in animo etiam fuisse Theoc. Id. ii. 18, cum utroque in loco de mola spargenda dicatur("Sparge molam, et fragilis incende bitumine laurus" :"Ἀλφιτά τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται· ἀλλ' ἐπίπασσε")

. Sed de lauro incenda (ea) dicit Vergilius de qua nihil dicit Theocritus: (4) Videtur Vergilio Eclogam viii. 95-96 scribenti etiam Theoc. Id. ii. 161-2 in animo fuisse:

"Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena
ipse dedit Moeris(nascuntur pluruma Ponto):"

τοῖά οἱ ἐν Κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσων,
Ἀσσυρίῳ δείσποινα παρὰ ξυνῷο μαθοῖσα.

Hic Vergilium Theocritum imitantem videmus;

haec te observare velim: (1) Apud utrumque poetam de herbis malis dicitur. Namque quid aliud est "Has" nisi verbum "τοῖα" quod in Latinum conversum est? (2) Non incredibile est Vergilio de Ponto dicenti in animo fuisse aliquo modo Theocritum imitari qui etiam de femina externa("Assyria") dicit.

Quae ob omnia mihi videtur Vergilius Theocritum imitatus esse.

Sed ceterum huius carminis mali locum mihi videtur Vergilius scripsisse postquam locum in Theocriti Idyllio xxiv legit. Quam ob rem te iam hos locos comparare velim:

v. 101 seq:

Fer cineres, Amarylli, foras rivosque fluenti
transque caput iace, nec respexeris;

atque Theoc. Id. xix(xxiv). 91 seq:

ἦρι δὲ συλλέξαισα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
ῥίψατ' ἐὺ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπερούριον, ἄψ δὲ νέεσθω
ἄστρεπτος.

Quae imitationis indicia videmus? (1) De cineribus colligendis dicit uterque scriptor ("Fer-cineres"-------"συλλέξαισα κόνιν πυρός"): (2) De his fluenti iacendis dicit uterque scriptor("rivoque

fluenti----iace": "ῥιφάτω ... ὅπὰρ ποταμοῖο" :
(3) Postremo de respexendo admonet utèrque poeta eum qui cineres ferre iubetur("Nec respexeris": "μὴ δὲ νέεσθω ἀΐστρεπτος"). Itaque apud utrumque poetam non modo isdem vocum ordo est sed etiam nihil aliud esse videtur locus Latinus nisi Graecus locus qui paene ad litteram conversus est. Quam ob rem mihi videtur Vergilius Theocritum diligenter imitatus esse.

Ecloga ix.

---

v. 23 seq:
"Tityre, dum redeo (brevis est via) pasce capellas, et potum pastas age, Tityre, et inter agendum occursare capro(cornu ferit ille caveto").
His cum versibus operae pretium est Theoc. Id. iii. 1-5 te comparare:

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, τὰι δέ μοι αἶγες
βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.
Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε, βόσκε τὰς αἶγας,
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν,
τὸν Λιβυκὸν κυάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ.

Quae imitationis indicia his in locis apparent? (1) De Amaryllide in versu 22 dicit Vergilius, Theocritus in versu 6(" Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras": "Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρου): (2) Dicit uterque poeta(a) Tityrum capellas pascere, (b) Eum eas pastas potum agere, (c) Eum oportere de capro acri cavere: omnia quae eundem apud utrumque poetam ordinem habent: (3) Mihi diligentius his de locis quaerenti apparent haec: (a) "Pasce capellas" nihil aliud est nisi vox " Βόσκε τὰς αἶγας" , quae ad litteram in Latinum conversa est: quae voces in eodem versus loco apparent, eandem versus habent partem quae metro aestimanda est, ante caesuram bucolicam sunt:(b)"Age, Tityre" nihil aliud est nisi vox "ἄγε Τίτυρε" quae ad litteram conversa est, quae voces eandem versus exhibent partem quae metro aestimanda est atque in eodem versus loco sunt:(c) Vergilio verbo "Caveto" utenti profecto fuit cura de verbo "φυλάσσεο" ad litteram convertendo.

Quae ob omnia optima imitationis indicia nobis sunt Vergilio in animo fuisse diligentissime Theocritum imitari.

v. 32 seq:

et me fecere poetam

Pierides, sunt et mihi carmina, me quoque dicunt
vatem pastoris; sed non ego credulus illis.
nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna
digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Hoc cum loco Theoc. Id. vii. 37 seq. te comparare velim:

Καὶ γὰρ ἐγὼν Μοισᾶν κἀπυρὸν στόμα, κἠμὲ λέγοντι
πάντες ἀοιδὰν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής,
οὐ Δᾶν· οὐ γάρ πω κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω οὐδὲ Φιλητᾶν
ἀείδων, βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.

Haec imitationis indicia nobis contemplanda sunt: (1) Apud utrumque poetam apparet Lycidas: (2) Eundem apud poetas nostros ordine habent hae voces: (a) "Pierides, sunt et mihi carmina": "ἐγὼν Μοισᾶν κἀπυρὸν στόμα" : (b) "Me quoque dicunt vatem pastores": "κἠμὲ λέγοντι πάντες ἀοιδὸν ἄριστον" : (c) "Sed non ego credulus illis": "ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής, οὐ Δᾶν" : (d) "Nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna digna": "οὐ γάρ

πω κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω οὐδὲ φίλητᾶν
ἀείδων"

:(e)"Sed argutos inter strepere anser olores":
"βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὡς τις ἐριόδω" :(3) Simillima sunt poetarum nostrorum verba:
(a)"Dicunt":"λέγοντι", quae verba in eadem versus
parte sunt:(b) "Sed non sunt ego credulus illis":
"ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής" : Vox Latina haec
nihil aliud est nisi Graeca vox quae ad litteram con-
versa est, quae voces in versus eodem loco sunt, ean-
dem partem habent quam metro te aestimare licet, paene
eundem verborum ordinem exhibent: (c) "Nam neque adhuc"
nihil aliud est nisi vox "οὐ γάρ πω" , quae
ad litteram conversa est.

Quae ob omnia sine dubio Vergilio est in animo
Theocritum diligentissime imitari.

v. 39 seq:

"huc ades, o Galatea! quis est nam ludus in nndis?
hic ver purpureum, varios hic flumina circum
fundit humus flores, hic candida populus antro
imminet, en lentae texunt umbracula vites:

πω κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐνθάδ' ἐόντα
ἔκτανεν ἀντικρὺ τόν τε Σαρπηδόν᾽ οὔτε Φίλαντρον
ἀρεσάμην.

"βαίτραχος εἰ μὴ ποτ' ἀκρίδας ὡς τις ἐρύ-
κω" : (β) Simplicius aunt posterum nostrorum verba:
(a)"Dicunt": "λέγουσι", quae verba in eadem versus
parte sunt: (b) "Sed non aunt ego creatura illia":
"ἐγὼ δέ τις οὐ τεχνίτης εἰμί" : Vox latina haec
dicit aliud aut nisi Graeca vox quae ad litteram con-
versa est, quae voces in versus eodem loco sunt, eam-
dem partem habent quam motio ta aestimare licet. Poeta
eundem verborum ordinem exhibenti: (c) "Non pecus adiu-
vit aliud aut nisi vox "οὐ γάρ πω" . quae
ad litteram conversa est.

Quae ob causa sine dubio Vergilio est in antico
Theocritum diligentissime imitari.

v. 39 sqq:

"Imo edax, o Galatea! quis est nam ludus in undis
nisi ver purpureum, varios hic flumina circum
fundit humus flores, hic candida populus antro
imminet, et lentae texunt umbracula vites:

huc ades; insani feriant sine litora fluctus".

His cum versibus Theoc. Id. xi. 42 seq. te comparare velim:

Ἀλλ' ἀφίκω τὺ ποθ' ἁμέ, καὶ ἔξεις οὐδὲν ἔλασσον,
τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν.
ἄδιον ἐν τούτρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς.
τίς κα τῶνδε θάλασσαν ἐκὼν καὶ κύμαθ' ἕλοιτο;

Quae imitationis indicia hic sunt? Haec sine dubio! (1) De Galatea quae in undis habitat utroque poetae dicere placet : (2) Apud utrumque poetam obsecratur Galatea undis relictis antri gaudia communicare cum eo qui se ipsam amat.

Atque iam ut de ipsis verbis diligentius quaeramus, haec observanda sunt: (1) Prima loci Latini pars simillima primae Graeci loci parti("huc ades": "Ἀλλ' ἀφίκεω"). Atque praeterea apud utrumque poetam secundam versus verbum est "ades"---ἀφίκεω :(2) Vox "Insani feriant sine litore fluctus" simillima est voci "τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν" .

Quae ob omnia non mihi minimum dubii est Vergilio fuisse in animo locum Graecum diligentissime imitari, quamquam profecto ut saepe multa variaque parva

mutavit.

v. 57 seq:

Et nunc omne tibi stratum silet aequor, et omnes,
Aspice, ventosi ceciderunt murmuris aurae.

Hoc cum loco Theoc. Id. ii. 38 seq. te comparare quaeso:

Ἠνίδε σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀήται·
ἁ δ' ἐμὰ οὐ σιγᾷ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία

Non dubia sunt imitationis haec indicia: (1) "Aspice" nihil aliud est nisi "Ἠνίδε" quod verbum in Latinum ad litteram conversum est; atque praeterea ad versus incipium apparent haec duo verba atque eandem versus partem habent quae metro aestimanda est: (2) Primum de aequoris silentio, deinde de ventorum silentio dicit uterque poeta: (3) De amoribus dicit Vergilius eo in versu qui est ante locum cui ad comparandum prolatus est; atque similiter de amoribus dicit Theocritus in secundo versu eius partis quam protulimus.

Non mihi dubium est Vergilium Theocritum imitatum esse.

v. 59 seq:

hinc adeo media est nobis via; namque sepulchrum
incipit apparere Bianoris.

Hoc cum loco Theoc. Id. vii. 10 seq. operae pretium iam te comparare est:

κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἤνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
ἁμὶν τὸ Βρασίλα ἀνεφαίνετο.

Haec contemplanda sunt: (1) De paene eadem sententia dicit uterque poeta: (2) Mihi videtur Vergilio fuisse in animo paene ad litteram locum Graecum in Latinum convertere: Namque (a) Verbum "Media" nihil aliud est nisi verbum "μεσάταν" quod ad litteram conversum est atque in eadem versus parte apparet: (b) "Nobis" adaequat "ἁμὶν" : (c) "Sepulchrum" nihil aliud est nisi "σᾶμα" , atque eandem versus partem habet: (d) Voce "Incipit apparere" utens Vergilius tempus idem indicat quod Theocritus verbo "ἀνεφαίνετο" utens indicat.

Atque ne plura dicam, haud dubie Theocritum imitatus est Vergilius, quam imitationem profecto negare possit nullus.

v. 64 seq:

Cantantes licet usque (minus via laedit) eamus;
cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabor.

Hoc cum loco Theoc. Id. vii. 35 seq. te comparare quaeso:

ἀλλ' ἄγε δή- ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς-
βουκολιασδώμεσθα· ταχ' ὤτερος ἄλλον ὀνάσει.

Apud utrumque poetam pastores duos videmus qui inter se canendo contendere volunt: Simillima sunt poetarum etiam verba: (1) "Cantantes" et "βουκολιασδώμεσθα" non modo eandem significationem exhibent sed etiam primam versus partem habent: (2) Utriusque loci verba extrema "ad auxilium" pertinent: (3) Utriusque loci verbum extremum eandem significationem habet atque eandem versus partem metro aestimandam exhibet.

Mihi videtur imitatio haudquaquam dubia esse.

Ecloga x.

---

v. 9 seq:

Quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae

naides, indigno cum Gallus amore peribat?
nam neque Parnasi vobis iuga, nam neque Pindi
ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippe,
illum etiam lauri, etiam flevere myricae,
pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Maenalus et gelidá fleverunt saxa Lycaei.
stant et oces circum(nostri nec paenitet illas:
et formonsus ovis ad flumina pavit Adonis),
venit et upilio tardi venere subulci,
uvidus hiberna venit de glande Menalcas.
omnes "unde Amor iste" rogant "tibi"? venit Apollo:
"Galle, quid insanis"? inquit. "tua cura Lycoris
perque nives alium perque horrida castra secutast".
venit et agresti capitis Silvanus honore
florentis ferulas et grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi,
sanguineis ebuli bacis minioque rubentem.
"ecquis erit modus"? inquit. "Amor non talia curat:
nec lacrimis crudelis Amor nec gramina rivis
nec cytiso saturantur apes nec fronde capellae".
Hoc cum loco Theoc. Id. 1. 66 seq. te comparare
licet:

πῆ ποκ' ἄρ' ἦσθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πῆ ποκα Νύμφαι;
ἦ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;
οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,
οὐδ' Αἴτνας σκοπιάν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες αἰπόλοι ἦνθον·
πάντες ἀνηρώτων, τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος
κἤφα· „Δάφνι τάλαν, τί νυ τάκεαι; ἁ δ' ἔτι κώρα
πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται.
ζαλῶσ', ἆ δυσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
„Ὡιπόλος ὅκκ' ἐσορῇ τὰς μακάδας οἷα βατεῦνται,
τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο."
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Μόσχα, 9 Ιουλίου 1924.

Αγαπητή μου Βουκουρέστι,

Σε γράφω μόνο δυο λόγια για να σου πω ότι είμαι καλά στην υγεία μου και ότι σκέφτομαι συχνά τη χαρούμενη ζωή που περάσαμε μαζί στο Παρίσι. Ελπίζω και εσύ να είσαι καλά στην υγεία σου και να περνάς καλά. Τι κάνει η Ελένη; Δεν έχω νέα της εδώ και πολύ καιρό. Πες της να μου γράψει. Θα μου κάνει μεγάλη χαρά. Εγώ δεν έχω τίποτα άλλο να σου γράψω. Σε φιλώ πολύ.

Η δική σου Βουκουρέστι Μόσχα

Μόσχα, 9 Ιουλίου 1924.

Αγαπητή μου Βουκουρέστι,

Σε γράφω μόνο δυο λόγια για να σου πω ότι είμαι καλά στην υγεία μου και ότι σκέφτομαι συχνά τη χαρούμενη ζωή που περάσαμε μαζί στο Παρίσι. Ελπίζω και εσύ να είσαι καλά στην υγεία σου και να περνάς καλά. Τι κάνει η Ελένη; Δεν έχω νέα της εδώ και πολύ καιρό. Πες της να μου γράψει. Θα μου κάνει μεγάλη χαρά. Εγώ δεν έχω τίποτα άλλο να σου γράψω. Σε φιλώ πολύ.

Η δική σου Βουκουρέστι Μόσχα

„Καὶ τὸ δ' ἐπὶ κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἵ γελάοντι,
τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ μετὰ τῆσι χορεύεις."
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Quae imitationis indicia hic apparent? Haec profecto te contemplari volo: (1) Longissimi sunt loci quos iam comparamus: (2) Rogat uterque poeta quo in loco fuerint Nymphae cum puellam perdite amaret ("Gallus--Λάφνις"): (3) Fueruntne in "Parnasso--Πηνειῶ", aut in "Pindo---Πίνδος", aut ad aquam aliquam ("Aganippe---Ἀνάπω"): (4) Apud utrumque poetam apparent doloris indicia. Namque ob Gallum--- Λάφνις dolent apud Vergilium "lauri, myricae, pinifer, saxa": sed contra apud Theocritum dolent animalia ("θῶες, λύκοι, λέων"): circum eos stant animalia miserentia ("oves, --βόες, ταῦροι, δαμάλαι, πόρτιες") : eos visum venerunt pastores alii (" upilio, subulci, Menalcas: βοῦται, ποιμένες, αἰπόλοι" :rogatur pastor quam ob causam doleat ("omnes "unde amor iste" rogant" tibi?" : πάντες ἀνηρώτων, τί πάθοι κακον"):venerunt pastorem visum dei amici ("Apollo, Silvanus, Pan: Πρίηπος").

Sed incredibile est haec simillima facta esse sine Vergili consilio: profecto ei in animo necesse

est fuisse Theocritum diligenter imitari. Quodsi alia indicia etiam velis, haec te contemplari licet: (1) Utriusque loci quaestio sunt prima verba: (2) Eandem versus partem habent verba quae ad Nymphas pertinent "puellae: Νύμφαι"): (3) Eandem versus partem habent verba "Parnasi" et "Πηγαιῶν": (4) De verbis "Pindi" et "Πίνδῳ" idem dicere aliquam licet: (5) Extremam versus partem habent "Aganippe" et "Ἀράπω" : (6) Eandem versus partem habent "illum" et "τῆνον" (quae verba ad "Gallum"---"Δάφνις" pertinent): (7) Pro animalium nominibus quae apud Theocritum apparent Vergilio de rebus dicere placet: sed velim te contemplari verba "lauri" et "θῶες" quae eandem versus partem atque eundem syllaborum numerum habent: (8) Eadem dicere licet de eis aliis "Venit"--"Ἦνθον" atque "Omnes"--"πάντες" atque "Secutast"--"φορεῖται" .

Quae ob omnia possitne aliquis dicere Vergilio in animo non fuisse Theocritum diligentissime imitari? Non profecto!

v. 13:

illum etiam lauri, etiam flevere myricae.

Hoc cum versu Theoc. Id. vii. 74 te comparare quaeso:

χὼς ὄρος ἀμφ' ἐπορεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνων.

Haec imitationis indicia contemplanda sunt: (1) Apud utrumque poetam de duobus dicitur (" lauri, myricae-- ὄρος, δρύες "): (2) In secunda Latini versus parte "myricas" videmus, pro quercibus(" δρύες ")quae Theocrito placent.

Sed aliter nihil aliud est Latinus locus nisi Graecus locus qui paene ad litteram conversus est; quam ob rem mihi est suspicio magna Vergilio fuisse in animo Theocritum imitari.

v. 37 seq:

Certe sive mihi Phyllis sive esset Amyntas
seu quicumque furor(quid tum, si fuscus Amyntas?
et nigrae violae sunt et vaccinia nigra).

His cum versibus Theoc. Id. x. 26 seq. te comparare velim, si placet:

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
ἰσχνὰν ἀλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ καὶ ἁ γραπτὰ ὐάκινθος,
ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται.

Apud utrumque poetam dicitur de puella quae perdite amatur, atque me iudice imitationis indicium bonum est id quod de ~~verbis~~ violis dicitur. Namque quid quaeso de eis dicunt poetae nostri? Nonne dicunt eas nigras esse ("nigrae--μέλαν")? Atque momenti parvi est Vergilium de vacciniis ("Vaccinia"), Theocritum de hyacinthis ("ὑάκινθος") dicere. Namque saepe per hanc nostram commentationem totam Vergilium vidimus multa variaque mutantem, ne fortasse ipsa Theocriti vestigia sequi visus sit.

v. 42 seq:

hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
hic nemus---

Hoc cum loco Theoc. Id. v. 35 seq. te comparare licet:

ψυχρὸν ὕδωρ τουτεῖ κατὰ λειβέθρω· ὧδε πεφύκει
ποία χἀ στιβὰς ἅδε.

Mihi credibile est Vergilio fuisse in animo Theocritum imitari. Namque haec contemplari te quaeso: (1) De gelida aqua dicit uterque poeta ("gelida---- ψυχρόν"): (2) Apud utrumque poetam de gramine fit mentio ("mollia prata---ποία"): (3) Dicit uterque

scriptor haec "hic" esse ("hic--- ὧδε "): (4) Mihi videtur Vergilio de nemore dicenti fuisse in animo Theocriti verbum "στιβάς" .

Itaque haud dubium est imitationem hic apparere.

Atque nunc ut quam brevissime omnia dicamus, de quibus per hanc nostram commentationem facta est mentio, haec, si placet, te contemplari velim quae sine dubio ~~optima imitationis sunt indicia~~ contemplanda sunt: (1) De Vergilio Theocriti imitatore non satis a multis quaesitum est:

(2) Omnium qui poesim bucolicam composuerunt facile princeps esse apparet Theocritus:

(3) Saepissime aut omnino aut paene omnino ad litteram ex Graeco in Latinum convertitur:

(4) Quamquam plurimum mutantur loci Graeci multi, tamen his in locis saepe imitationis indicia videre licet, quae quamquam parva, tamen haud dubia sunt:

(5) Minus apte de pastoribus saepe dicit Vergilius quam Theocritus, cum apud illum falsi, apud hunc veri esse videantur pastores:

(6) Magna cum arte locos Graecos saepe mutavit Vergilius, quam ob rem apte dixerunt docti plurimi eum artis poeticae creatorem, non imitatorem esse.

111

Index locorum qui comparantur

Ecloga i.

v. 78------- Theoc. Id. v. 128

Ecloga ii.

v. 7-------- Theoc. Id. iii. (9)

9 vii. 22

13 138 seq.

21 xi. 34

22 36

25 vi. 34 seq.

28 xi. 65 seq.

37 iv. 30

40 iii. 34

63 seq. x. 31 seq.

69 xi. 72

70 x. 14

73 xi. 76

Eclogа iii.

v. 1 seq.----------	Theoc. Id. iv. 1 seq.
10 seq.	v. 112 seq.
11	109
12 seq.	11 seq.
25 seq.	5 seq.
28	viii. 11
29 seq.	i. 23 seq.
32 seq.	viii. 15 seq.
43-47	i. 59
45	55
50	v. 63 seq.
52	78
58	ix. 2
60 seq.	xvii. 1 seq.
64	vi. 6 seq.
70 seq.	(ii. 120
	) iii. 10 seq.
80 seq.	viii. 57 seq.
89	i. 132 seq.
96 seq.	(iv.44
	) v. 145 seq.
100	iv. 20

Ecloga iv.

v. 18 seq.-------Theoc. Id. xix. (xxiv).84 seq.

21 xi. 12

Ecloga v.

12 i. 14

32 viii. 79 seq.

43 seq. i. 120 seq.

45 seq. viii. 78

67 seq. v. 58 seq.

72 vii. 71 seq.

77 iv. 16

79 seq. i. 7 seq.

Ecloga vii.

1 seq. vi. 1 seq.

3,4 viii. 1 seq.

7 49

11 xi. 12

35 (x. 32-33

) vii. 124-5

37 seq. xi. 19 seq.

45 v. 51

Ecloga vii (continued)

v. 51	(ix. 12-13
	) 20-21
53 seq.	viii. 40 seq.
61	ii. 121
65	xviii. 29

Ecloga viii.

32 seq.	xi. 30 seq.
37 seq.	25 seq.
43 "	iii. 15 "
51 seq.	i. 132 "
59 "	iii. 25 "
61	i. 127, 131, 143
64 seq.	ii. 16 seq.
101 seq.	xix(xxiv). 91 seq.

Ecloga ix.

23 seq.	iii. 1-5
32 seq.	vii. 37 seq.
39 "	xi. 42 seq.
57 "	ii. 38 "
59 "	vii. 10 seq.

Ecloga ix(continued)

v.64 seq. vii. 35 seq.

Ecloga x.

9 seq. i. 66 seq.

13 vii. 74

37 seq. x. 26 seq.

42 seq. v. 33 seq.

Arthur Henry Harrop.

May, 1905.

Durham Strong Throng.

Trans. 1905

BOSTON UNIVERSITY
1 1719 02483 6886